STATO
A
T.
3
ECA

2.11 707 I v 1046

Statutum

allegato alla nota N.o 1581

Ad usum per Ill.^lis Communitatis
Terrę
Iuris Ursinę
perpetuę Iurisdictionis cum Terra Collestattis
Illmi S.^ri D.^ni Comitis Paulani Manassei

R. ARCHIVIO di STATO di ROMA BIBLIOTECA

Iv

In Dei Nomine Amen

Quoniam qui sine salvatore salutem habere et sine vera sapientia extimat se prudentem, non sapiens, sed demens, non sanus, sed eger in ansietate, ac cecitate nimia permanebit; ideo in principio, eorum que aguntur nomine Domini Nostri Jesu Xpti quem quando recolimus flectere debemus genua, saltem Cordis suppliciter, et humiliter invocetur, ut sui sola clementia, et virtute ad cui reverentiam, et honorem pacem perpetuam Statum pacificum et traquillum Castrorum.
dirigat disponat, et ordinet que sequuntur.

Effrenata cupiditas patis emula, Mater Ligium, periurgiarum materia tot producit scandala, quod nisi Justitia eius conatus reprimeret concordia extra Mundi terminos exularet et Licet olim Jura sint prodita, ut appetitus hominum noxius angustatur qura tamen nulla Juris actio quantumcumque perpenso digesta Consilio, ad humane nature varietatem, et machinationes ejus inopinabiles sufficit, nec ad decisionem sue nodose ambiguitatis attingit cum ab adolescentia sensualitas humana declines, vergat, et urgeat ad malum, et secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana pro eo quod novis morbis nova convenit antidota preparare. Ideo resecatis superfluis similibus, et Contrariis in statutorum, et Presium Castrorum predictor. Codicibus involutis presens statutum ad onorem et reverentiam atque Laudem Omnipotentis Dei, et Gloriosissime virginis Matris ejus sunt cujus tutela potenti suffragio Comune prefatorum Castrorum defendit, et in pace tranquilla quorum interventu precaminum gubernat, et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et omnium Santorum Dei nec non ad honorem Illustrissimorum Dominorum statum pacificum, et traquillum Communis

Collistattis et Jurris, et pacis perpetue eorundem

De quinque Antepositis,

Camerario, & Consiliarijs fiendis

Statuimus, et ordinamus quod quinque antepositi super regimine et Gubernatione Commune dicti Castri Ursini, sive Collistattis elegantur et eligi debeant hoc modo scilicet quod post aperturam presentis statuta quinque Antepositi d. Castri, qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant in termino octo dierum ante finem eorum officij eligere quatuor probos et discretos viros dicti Castri ad penam Julior quinque pro quolibet ipsorum, qua quidem quatuor homines teneatur et debeant facere novam electionem et bussolam dictorum quinque Antepositorum et debeant imbussolare viginti probos et discretos viros aptos ad regimen et Gubernationem Communis dicti Castri, qui viginti homines serbantur in quodam brevicello, per Notarium Communis scili-

1v

et quinque dictorum hominum in quolibet breviello, dumodo dicti quinque homines non attineant se ipsos ad invicem usque in secundum, et tertium gradum qui sint quinque Antepositi ad regimen, et Gubernationem dicti Castri, quorum Officium duret per sex menses et si dicti quatuor homines fuerit negligentes in predictis in dictum terminum octo dierum; teneatur solvere dictam penam quinque Soldorum pro quolibet ipsorum et nihilominus teneantur antequam relinquant officium infra dies facere dictam electionem sub eadem pena, duplicata, et quia difficile in omnibus occurrentijs, et necessarijs, dicis Communis congregare et condunare publica et generalem arengam Communis, et hominum d.[ti] Castri et ubi erit multitudo erit confusio, idcirco volumus quod prefati quatuor homines electi super nova electione predicta, teneantur, et debeant facere bussolam, et imbussolare unum hominem dicti Castri pro quolibet Lare, et plures, si eis videbitur, et scribantur, et mittantur sexdecim pro qualibet bussola seu breviello, qui sint de numero sexdecim Consiliariorum dicti Castri, et scribantur per Notarium Communis in quondam breviello quorum officium duret per sex menses ut supra tempore dictorum quinque Antepositorum, et predicte bussole sive brevicelli stiant per duos annos, proximo futuros, et finito d.[to] tempore de nova electione regiminis d.[ti] Castri futuris temporibus similis serventur per quinque Antepositos d.[ti] Castri qui pro tempore erunt ad dictam penam:

De Eletione Camerari Curam per Annum.

Item statuimus et ordinamus quod quatuor homines predicti qui fuerint deputati ad electionem Massariorum, debeant facere Electionem duorum proborum Virorum qui fungantur et fungi debeant Officio Camerarij, et illo. Annotare in duobus brevicellis, scilicet singula nomina in singulis brevicellis, et facta extratione Massariorum, que fit post festum, s. Petri, debeat extrahi unum Brevicellum ex bussolo, et qui extractus fuerit fungatur officio Camerarij, cujus officium duret per annum, et fit tempore dupplicis Massariatus, et finita extratione debeat fieri nova electio ut supra ita tamen durante quinquennio, unus et idem non possit esse pluries Cammerarius.

De Extratione Novi Regiminis.

Item statuimus, et ordinamus quod omni anno, intrante mense Januarij in octo dies ipsius mensis, Vicarius, et antepositi ad regimen d.[ti] Castri teneantur et debeant cohadunare Consilium, sexdecim Consiliarorum vel generalem aringam Comunis, et hominum d.[ti] Castri, in quo quidem Consilio vel arengam duo ex dictis brevicellis per quendam Puerum debeant extrahere, scilicet unum de officio quinque antepositorum, et Camerarij; et alterum de officio duodecim Consiliarorum. Quinque antepositi Camerarius, et Consiliarij predicti curent eorum, Officium facere gerere, et exercere bona fide, et sine fraude, ac utilia Comuni dicere, facere et inutilia pretermittere, remotis ab eidem pro semestri tunc proxime futuro, incipiem a Kalendis d.[ti] Mensis Januarij et finiendo feliciter ut sequitur usque ad Kalendas mensis Junij proxime venturi, et ut supra alios novos officiales, qui similiter curent eorum officium legaliter, exercere, et ire ad Consilium quando vocati fuerint per sonum campane, vel per bajulum d.[ti] Castri, et quidquid factum gestum ordinatum, reformatum fuerit per dictos quinque Antepositos et sexdecim Consiliarios valeat, et teneat

pleno Jure, et sit ratum, gratum, gestum, ordinatum, et reformatum in generalis Arenga Communis et hominum dicti Castri excepto quod non possint facere aliquam gratiam de ulla re, vel quantitate pecuniæ quæ devenire et solvi deberet in d.o Communi per quamcumque Personam, quacumque occasione ad pœnam decem Librarum, seu Julios octo pro quolibet ipsorum et qualibet vice, et faciat unam Cannam Muri, super Muro d.i Castri pro quolibet ipsorum quinque Antepositorum et sexdecim Consiliarorum prædictorum et nihil gratiæ facta habeatur pro non facta, seu Gratiatus solvere habeat ac si nullam gratiam habuisset.

De Prepositis Fiendis in Arenga et Consilio Communis d.i Castri

Item statuimus, et ordinamus quod Consilium vel Arenga, publica Communis, et hominum d.i Castri quomodocumque congregari contigerit Mandato Vicarij et quinque antepositorum d.i Castri, Notarius Communis teneatur, et debeat in ipsis Arenga et Consilio facere Prepositas inscriptis et proponatur uti fuerint necessarium, et opportunum, habita matura deliberatione, et determinatione de illo quod proponi oportet cum Vicario, et quinque antepositis d.i Castri, et quidquid fuerit quomodocumque et qualitercumque in dicto Consilio vel Arenga, debeat mitti ad partitum, et ad bussolas, et pallottas sive fabas, et non alio modo ad pœnam Juliorum octo pro quolibet dictorum Notarij, et antepositorum, et qualibet vice, salvo quod in d.o Consilio vel arenga non tractetur de facto Domini d.i Castri quod fieri possit fieri omni modo, et more solito absque alia pœna, et quidquid fuerit obtentum per pred.os vel Majorem partem ipsorum, valeat et teneat pleno Jure si aliter fuerit non teneat, nec valeat ullo modo teneanturque dicti Antepositi, et Notarius Communis mittere in dictis Consilijs vel Arenga quodlibet partitum de per se singulariter, et divisim et non plura, ad pœnam prædictam pro qualibet ipsorum, et qualibet vice et id quod semel vel bis fuerit missum ad partitum, et ad Bussolas et pallottas, dicti quinque Antepositi et Notarius non possint amplius mittere ad partitum ad dictam pœnam pro quolibet ipsorum contrafaciente quarum pœnarum medietas sit Curiæ dicti Castri, et alia vero medietas sit Communis dicti Castri, et quilibet in d.o Consilio vel Arenga teneatur, et debeat mittere ambas manus in dictis bussolis ad pœnam duorum bajocorum pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet.

Volumus atque declaramus quod factis dictis propositis in dictis consilio, vel arenga ad quicumque vult dicere vel arengare et consulere vadat ad eum deputatum per Vicarium et quinque antepositos dicti Castri ad dicendum super dictis propositis, et non dicat alibi ad pœnam duorum bajocorum pro quolibet Contrafaciente, et qualibet vice, et nullus possit in dictis Consilio vel Arenga loqui quod sentiatur, nisi ad d.um Locum ad pœnam prædictam pro quolibet Contrafaciente nec etiam nullus possit in dictis Consilio vel Arenga dicere vel proponere aliquid extra propositiones factas ad dictam pœnam pro quolibet Contrafaciente sine licentia Vicarij, et quinque Antepositor. et Notarius Communis lectis dictis propositis debeat dicere et protestare omnibus existentibus in dictis Consilio, vel Arenga, quod nullus exeat in dicendo de dictis propositis ad pœnam prædictam. Adjicientes insuper quod quinque antepositi, et Notarius Communis debeant sedere a parte in loco secreto, et legere omnia dicta, redicta, et facta per consultores super dictis propositis et debeant capere et mittere ad partitum in dictas bussolas, et pallottas me-

tius dictum pro utilitate et commodo Communis ad predictam penam duorum bajocco-
rum pro qualibet ipsorum contrafaciente.

Quod Ordinamenta et Facta per Arenga et Consilium Valeat &c

Item statuimus et ordinamus, quod omnia et singula ordinamenta, et reformationes, que
imposterum fierent post apertura presentis statuti generalem arengam Comunem u-
niversitatem dicti Castri Ursini seu Collistatti, non valeat nec teneat nisi per unum
annum, sive per spatium unius anni, salvo, et reservato, quod si per dictam aregam non
deliberatur mittere, et scribere in volumine presentis statuti, que si describe aliqua refor-
matio fienda in pnti statuto, tunc d.a Reformatio valent, et teneant pleno jure omni
tempore, et omnia ordinamenta, et reformationes facte et fiende in d.o Castro, et ejus territorio
per quinque Antepositos, et sexdecim Consiliarios et Massarios d.i Castri valeant, et teneant,
et sint rata, et firma, et plenam obtineant Roboris firmitatem durante tempore eo-
rum offitij tantum, et non ultra dummodo non sint contra jurisdictionem d.i Castri, et aliter
non valeant, neque teneant, et nullius sint valoris, statuentes insuper quod prefati quin-
que antepositi, non possint facere aliquam Reformationem, nec aliquid ordinare ultra
et preter formam presentis statuti, sine consensu presentia et matura deliberatione supra-
dictorum sexdecim Consiliarorum seu generalis Arenghe dicti Castri, et Vicarius, qui
pro tempore fuerit, observet et observari faciat statuta, ordinamenta, et reformationes
factas, et imposterum faciendas per generalem Arengam et sexdecim Consiliarios, et
Commune d.i Castri cujuscumque conditionis existat, dummodo non sint contra jurisdi-
tionem Domini dicti Castri.

De Rebus Communis, Facultate Massariorum pro Expensis Faciendis

Item statuimus et ordinamus quod quinque Antepositi d.i Castri non possint, nec debe-
at, quoqumque occasione aliquid expendere de ore et pecunia Communis, nec aliquas expen-
sas facere communi pred.r sine consensu et matura deliberatione sexdecim Consiliaro-
rum, vel Arenga dicti Castri, ad penam Juliorum Octo pro qualibet ipsorum contrafa-
ciente et qualibet vice, quarum medietas sit Communis, et alia medietas sit curie d.i
Castri salvo, et reservato quod non accederet ad dictum Castrum aliquis Nobilis homo, seu
aliquis Orator ad dictum Commune quod tunc prefati quinque antepositi possent expen-
dere de ere Communis et pecunia, et expensis facere usque ad unum scutum si predicti
non pernoctarent in d.i Castro pro faciendo honore alicui predictorum absque aliqua
pena sed si prefati Ores et nobiles pernoctarent in d.o Castro tunc fit ut supra cum
consensu dictorum Conciliarorum, et non aliter ad supsam.m penam pro qualibet ipsorum
excepto quod dicti D.ni quinque antepositi possint mittere et destinare Oratores, et nun-
tios prout in Rub.i quod fiant oratores Communis continetur.

De Pena Arengatis Quod detur aliquid per Comune

Ad tollendam materiam unicuique delinquendi ne delicta sua maneat impunita, statui=
mus, et ordinamus quod nulla persona tam de d.° Castro, quam aliunde audeat, vel presumat
dicere, arengare aut proponere in generali arenga, aut Consilio Consiliarorum, Commu=
nis et hominum d.° Castri quod nulla res, vel quantitas pecuniae quae esset Comunis, et
quae deveniret et solvi deberet d.° Comuni per quamcumque personam, sive personas
quacumque occasione pro ullo quesito colore remictatur, detur vel fiat aliqua gratia in
totum vel in partem, aut detur aliquid de bonis d.ⁱ Communis alicui personae aliqua
causa, vel casu occurso, vel occurrendo, nisi mittatur ad partitum scilicet ad Bussolas, et
Ballottas, sive fabas, in publica, et generali arenga Communis d.ᵗⁱ Castri, tantum et non
alio modo et qui contrafecerit supradictis solvat pro poena Julios octo, et faciat super Mu=
ro d.ᵗⁱ Castri unam Cannam muri, et quidquid fuerit obtentum in d.ᵐ arenga, scilicet
per duas partes de tribus partibus hominum existentium in d.ᵃ arenga, valeat et teneat
pleno jure: Declarantes quod nullo modo possit in Consilio quinque Antepositorum
et sexdecim Consiliarorum fieri aliqua gratia vel quantitate pecuniae quae deveniret
et solvi deberet in d.° Communi nec aliquid dare de bonis d.ⁱ Communis, nisi in Aren=
ga generali d.ᵗⁱ Castri, tantum ad penam pred.ᵐᵉ Octo Juliorum, et unius Canne Mu=
ri fiende ut supra pro quolibet contrafaciente, dicente et arengante ut supra, et gra=
tiae habeantur pro non facta.

Quod Arenga non possit Congregari nisi sine Liberatione Antepositorum

Item statuimus et ordinamus quod Arenga d.ᵗⁱ Castri non possit nec debeat congre=
gari nisi provisum et deliberatum fuerit, per quinque antepositos d.ᵗⁱ Castri et fuerit
banditum una die pro altera quidquid deliberatum, sive ordinatum extiterit, sive ob=
tentum, et ordinatum reformatum fuerit non valeat ullo modo, salvo quod non esset
pro facto Domini d.ᵗⁱ Castri, quod tunc Vicarius possit dictam arengam Congregare quo=
modocumque, et qualitercumque sibi videbitur pro facto d.ᵗⁱ Domini tantum et ad
dictam arengam, debeat attendere major etate bonus ad penam duorum Bajoco=
rum, et minor etate non admittatur ad dictam penam.

Quod Vicarius possit Congregare Quinque Antepositos

Item statuimus et ordinamus quod Vicarius qui pro tempore fuerit teneatur, et de=
beat vinculo Juramenti congregare, et coadunare quinque Antepositos, et Mas=
sarios dicti Castri, quoties fuerit opportunum ad petitionem Camerarij, seu cujuscumque

petentis de dicto Castro.

Quod Nullus possit stare in Consilio dum trattatur de facto suo.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus possit stare in Consilio, seu arenga, nec interesse, dum tractatur in ipso Consilio vel arenga de facto suo ad penam quatuor bajocorum, et Vicarius, seu Officialis qui pro tempore fuerit possit d.am penam de facto auferre, et expellere de Consilio fuerit Obtentum in ipsius favorem nullo modo valeat, si autem contra ipsum fuerit consultatum, et obtentum valeat pleno Jure.

Quod Camerarius faciat scribere Introitus et Exitus.

Item statuimus, et ordinamus, quod Camerarius Communis qui pro tempore fuerit faciat scribere omnes Introitus, et Exitus Communis per Notarium Communis, et non per alium, et nihil expendat nec expendere possit sine mandato et Licentia quinque Antepositorum dicti Castri, nec dictus Notarius scribat Collettam prestantiam, nec aliquod debitum sive expensas nisi in presentia dictor. quinque Antepositorum, vel de eorum mandato, alias si dictus Camerarius expendiderit, et Notarius pred. scriberet, solvat pro banno Julios duos, pro quolibet et qualibet vice, et expense facte minime admittantur, statuentes insuper quod dictus Notarius teneatur scribere omnes expensas, introitus, et exitus d.e Communis temporibus quibus fuerint, et non in fine Officij d. Camerarij ad dictam penam et ad eadem penam teneatur dictus Camerarius, et si dictis temporibus non fuerit scribere dictas expensas introitus et exitus d. Not.

Quod Quinque Antepositi et Camerarius debeant assentare dativas.

Item statuimus, et ordinamus, quod quinque Antepositi, et Camerarius dicti Castri qui pro tempore fuerint, infra tempus eorum Regiminis durante tempore eorum offitij, debeant assentare et imponere dativam pro omnibus prestantijs, et debitis eorum tempore factis et non alijs debitis quomodocumque factis ad penam duorum Juliorum pro quolibet, et qualibet vice et Camerarius pred. debeat colligere, et exigere dictam dativam in unum mensem a die impositionis dicte dative, et facta exactione dictarum dativarum intra d.m mensem debeant omnes, impresentantias et debita omnibus quomodocumque factis d. tempore quibuscunque debentibus, recipere solvere, et restituere cum effecto ad penam unius bajochi pro die qualibet fuerit in mora a d. tempore in anteā non solvendo ut supra et Camerarius habeat pro suo salario sex Centium de pecunia d. Communis.

Quod Camerarius et Quinque Antepositi Tengatur Exigere Omnes Expensas et Condennationes

Item statuimus et ordinamus quod Camerarius et quinque atepositi ad regimen d.[e] Castri teneantur, et debeant exigere et salvi facere omnes et singulas penas, et quan
titates pecunie et alias res que devenire et salvi deberent quacumque ocasione vel
causa vel delicto, et Maleficio a quibuscunque Personis debentibus salvare aliquid
de predictis in Communi predicto infra terminum XL dierum a die commissionis Male
fitij vel delicti ad penam decem librarum, aut Julios Octo pro quolibet ipsorum, et qua
libet vice, et faciat unam Cannam Muri super muro dicti Castri pro quolibet ipsorum,
si in predictis negligentes et Vicarius d.[e] Castri teneatur vinculo iuramenti facere exe
cutionem de pred.[ic]ti ad requisitionem d.[i] Cameraij, et quinque Antepositorum absque
salario et mercede.

Quod Fiat Rationatores ad rationandum Camerarium

Item statuimus et ordinamus quod quinque antepositi ad regimen d.[ic]ti Castri qui pro tem
pore fuerint teneantur, et debeant eligere duos homines qui non sint Camerarij affines,
vel consanguinei usque ad tertium gradum Canonicum, inclusive ad rationatores, qui tene
antur, et debeant videre, audire, et calculare ratione reddenda per camerarium, de
Communis qui fuerit in d.[ic]to Castro, et suum in fini erit officium qui ationatores debeant
eligere unum Notarium qui legat introitus, et exitus factas tempore Cameriariatus pre
dicti et ipsi rationatores debeant d.[ic]ta rationem videre, et facere, et si aliquid d.[ic]tus Camerarius
haberet de denarijs, et rebus d.[ic]ti Communis, faciat remittere in Communi bene et Legaliter
et sub vinculo prestiti Juramento, et si in predictis fuerit negligentes postquam eis com
missum, et mandatum fuerit per quinque Antepositos pred.[ic]tos solvant, pro quolibet ipsorum
Bajocos duos, et ipsi rationatores, et Notarius abeant pro eorum salario de pecunia Commu
nis omni die quo steterint ad faciendam d. rationem Bajocos duos pro quolibet adjicien
tes insuper quod dicti Rationatores, et Notarius teneantur jurare ad santa Dei Evangelia
in manibus dictorum, quinque antepositorum dictam rationem bene, et legaliter videre
et facere sub vinculo eorum prestiti Juramenti et non debeant aliquid de dena
rijs vel rebus d.[ic]ti Communi, spectantibus quomodocunque d.[ic]to Camerario relaxare vel
dimittere ad penam unius Julij pro quolibet ipsorum, et declarantes insuper quod supradicti
quinque antepositi debeant predicta facere vel fieri facere infra quindecim dies post
finitum officium d.[ic]ti Camerarii, ad penam Bajocorum quinque pro quolibet ipsorum,
et Vicarius d.[ic]ti Castri possit super predictis per Inquisitionem procedere.

Quod Bona Que Remanserint in manibus Camerarij reassignen tur nova Camer.[ario]

Item statuimus et ordinamus quod visa rationes Camerarij Communis et calculata

per rationatores Communis, et invento quod ipse Camerarius teneatur aliquid remittere in Communi quod tunc ipse Camerarius teneatur novo Camer.° assignare omnem pecuniā, et omnem aliam rem quam haberet Communis omni diminutione post posita in terminum trium dierum ad penam unius Julij pro quolibet die quo fuerit in mora reassignandi pecuniam et res, et d. ejus rationatores, et Notarius ad penam pred.

Quod unus de dictis Quinque Antepositis debeat tenere sigillum

Item statuimus, et ordinamus quod ille qui fuerit primus scriptus in breviculo de quinque Antepositorum ille debeat tenere penes se sigillum Communis, causa sigillandi Litteras que diriguntur pro parte Communis toto tempore sui offitij; et non sigillet nec sigillari faciat Litteras aliquas, sine licentia, et mandato aliorum quinque Antepositorum, et sociorum ipsius, nec scripturam aliquam ad penam unius Julij, et dictum sigillum non det, nec accomodet alicui ad d.° penam..

Quod Camerarius teneatur solvere Preposito S. Marie Majani tres denarios

Item statuimus et ordinamus, quod Camerarius Communis qui pro tempore fuerit teneatur solvere omni anno in Festo sancte Marie de mense Augusti Preposito d.e Ecclesie pro censu Ortorum tres denarios ad penam duorum bajoccorum

De Imbussolatione Notarij et ejus salario

Item statuimus et ordinamus, quod debeat fieri una bussola in qua apponantur omnes Notarij qui pro tempore fuerint in Castro, et singula nomina cum singulis breviculis, et in qualibet extractione Massariorum debeat etiam fieri extractio unius ex dictis breviculis et qui extractus fuerit sit Notarius Communis, et fungatur officio Cancellarij, cujus offitium duret per sex Menses, idest durante offitio illius Massariatus, et habeat pro salario de bonis Communis pro dictis sex mensibus Julios triginta, et bussola Notarij non possit renovari donec bussola sit finita

Quod Notarius teneatur defendere jura Communis et aliorum contra Vicarium.

Item statuimus, et ordinamus, quod Notarius Communis qui pro tempore erit, teneatur, et debeat, defendere, et favere jura Communis juxta posse et ess Procurator omnium, et singularum Personarum d.e Castri, haben aliquod litigium, sive interesse

cum Vicario d. Castri pro aliquibus penis, ac etiam teneatur et debeat ad requisitio nem Personarum dicti Castri Legere Statutum, et reformationes d. Castri facientia in favorem ipsarum coram d. Vicario et non permittat, juxta posse, quod Vicarius faciat hominibus dicti Castri nisi jus, ad penam duorum Juliorum pro qualibet vice qua fuerit requisitus ab aliqua persona d. Castri de suo salario retinen tempore sui sindicatus, si in predictis fuerit negligens.

Quod Volentes petere gratias a Commune debeat porrigere Supplicam in Scriptis

Item statuimus, et ordinamus, quod quis d. vult petere in Communi d. Castri quod sibi remittatur aliquid, vel aliqua gratia sibi fiat, in totum vel in partem de aliqua re vel quantitate pecunie que devenire, et solvi deberet in d. Communi quacunque occasione, debeat facere petitionem suam in scriptis, et in d. petitione possit pete re gratiam, et non alio modo ad penam octo Juliorum pro quolibet contrafacien te, et qualibet vice et et faciat unam Cannam muri super muro d. Castri, et dictam petitionem debeat dare, et assignare in scriptis quinque antepositis d. Castri et dicti quinque antepositi habita matura deliberatione inter eos sicis videbitur, et placebit mittere dictam petitionem in prepositis fiendis, et eam Notario Communis fa cere Legere, et proponere in Arenga generali d. Castri et debeat tenere modum et ordinem secundum quod continetur in Capitulo de prepositis fiendis excepto quod dicta petitio, vel gratia, fienda debet ottinere, et vincere per duas partes de tribus partibus hominum exiten in d. Arenga alias d. gratia non valeat ullo modo, et ullo jure, et quilibet possit dicere, arrengare et consulere super dictam petitio nem, aliquibus in contrario non obstantibus, in qua quidem Arenga debeant interesse Novem partes de Decem partibus hominum d. Castri ad minus, et unus pro singolari tantum, et non plures, et antiquiores domus illius secularis alias pti. quinque antepositi, et Notarius Communis non possint mittere aliquam petitionem alicujus generis in d. Arenga in prepositis nec ad aliquod partitum ad suprad. penam octo Juliorum et unius Canne muri fiende ut supra pro quolibet ipsorum, et qualibet vice.

Quod Vicarius non possit aliquam gratiam facere de rebus et penis Communis.

Item statuimus et ordinamus quod Vicarius dicti Castri qui pro tempore fuerit, non possit, nec debeat prorogare suspendere nec alicui Persone licentiam conce dere quod aliquis dicat, proponat vel faciat aliquid contra formam alicujus Capi tuli contenti in presenti volumina statutorum de penis rebus, et factis spectan tibus, et pertinentibus quomodocunque ad Comune dicti Castri, et si aliter fie ret, et licentiam alicui concesserit, et aliquam gratiam habuerit aliquis in d.

Comuni non valeat, nec teneat ullo modo et jure, et nihilominus quicumque dixerit proposuerit, vel fecerit aliquid contra formam dictorum statutorum ipso facto incurrat penas contentas in dictis statutis non obst. aliqua eis concessa, et successores d. Vicarij in officio d. Vicariatus omni tempore possint dictas penas exigere et solvi facere, tam spectantes, et pertinentes Curie dicti Castri, quam Communi predicto non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, et Camerarius, et quinque Antepositi d. Castri qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant contrafacientes in predictis successoribus d. Vicarij dicere et notificare, et penas tangentes Communi pro dicto exigere, et solvi facere a quibuscumque contrafacientibus pred. ac etiam teneantur exigere, et solvi facere a quibuscumque penam contentam in superiori Capitulo posito sub Rub. quod Camerarius, et quinque Antepositi teneantur exigere omnes penas pro quolibet ipsorum, si in predictis fuerint negligentes.

De Juramento Vicarij in Criminalibus.

Item statuimus et ordinamus, quod quinque antepositi qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant vinculo juramenti facere jurare Vicarium d. Castri in principio sui Officij, quod ipse Vicarius teneatur vinculo predicti juramenti manutenere, custodire, defendere, bona, et jura Communis d. Castri et jura Ecclesie Sancte Petri, et aliarum Ecclesiarum d. Castri, et quod observet et observari faciat pro posse, statuta et ordinamenta facta, et imposterum fienda in d. Castro, et quod suum Offitium faciat bona fide, sine fraude remotis ab eo odio, amore, timore, prece, pretio, et omni alia specie utilitate, et quod unicuique jus ministret, et hoc juret ad sancta Dei Evangelia, scripturis corporaliter manu factis.

Quod Vicarius debeat stare ad sindacatum

Item, statuimus, et ordinamus, quod Vicarius, et Officialis qui in futuro tempore fuerit ad officium tenendum in d. Castro sine dubio sindicentur, et quinque Antepositi, qui fuerint pro tempore teneantur, et debeant, quatuor diebus ante finem Officij d. Vicarij duos homines eligere expertos sindicos cum Notario Communis bono, et sufficienti ad penam duorum sextorum pro quolibet dictorum quinque de facto auferendorum qui homines contra d. Vicarium sive alium Officialem ipsius Castri formant inquisitiones, et contra eum procedant et testes recipiant summarie et de plano, et si inventi fuerint in aliquo deliquisse contra formam presentis statuti, vel aliquod Capitulorum ipsius statuti, et reformationum in termino quatuor dierum inchoandorum a die finiti sui officij per dictos duos homines sindicos ad sindicandum d. Vicarium condemnent, ut postulat ordo juris, sive absolvat in quibus quatuor diebus d. Vicarius vel quivis alius Officialis debeat continuo interesse, ad sindacatum et dare fidejussores de judicio sisti, et judicatum solvendo, et si d. duo homines, et Notarius fuerint negligentes in pred. teneantur ad d. penam duorum sextorum pro quolibet ipsorum de facto auferendorum.

Quod Fiant Viarii per Quinque Antepositos

Item statuimus, et ordinamus, quod quinque antepositi qui pro tempore fuerint in
spatium decem dierum post eorum offitij introitum teneantur, et debeant eligere du-
os homines bonos et expertos d. Castri, qui sint Viarij, et curam habeant sup. vijs, et bonis
Communis intus, extra dictum Castrum, ac etiam sup. omnes, et singulas lites, et quæ-
stiones quæ verterent inter homines, et singulares Personas ipsius Castri occasione
terminorum viarum vicinalium, itinerum viarum, Communalium situum, et an-
nitorum quomodocunque, et qualitercumque videre desinire, et terminare tene-
ant, et si partes inter quas esset aliquod jurgium sive discordia occasionibus præ-
dictis, et non contentarentur de terminatione et deffinitione dictorum viariorum
tunc dictæ partes possint et debeant eligere unum vel plures massarios, et proxi-
miores convicinos vijs, et terminationibus supradictis, qui massarij una cum dictis Vi-
arij, et Viario vadant ad locum ubi d. discordia verteret, et ipsam videre, definire,
terminare teneant sub pena quatuor bajoccorum, pro qualibet, et vice qualibet.
Teneanturque, et debeant suprad. Viarij et quilibet ipsorum suprad. vias Commu-
nales, vicinales, et hujusmodi suprad., et omnes alios peradiacentes ipsarum viarum
manutenere facere vacuas liberas, et expeditas, et quidquid in deffinitione et termina-
tione rerum prædictarum factum, et diffinitum fuerit modo prædicto per dictos
Viarios Viarium, et massarios suprad. valeat, et teneat omnino. Qui Viarij habeant
et habere habeant pro qualibet permissione cujus libet termini a qualibet parte quin-
decim denarios, et si quis aliquam de hujusmodi vijs superius nominatis vel aliquam e-
arum per aliquam Personam fuerit apprehensa occupata, cavata, vel arata, vel appre-
hendiderit, vel aliter quomodocunque devastaverit in bajoccos octo, vice qualibet punia-
tur, et dicti Viarij Viarius et ipsorum quilibet teneantur facere reaptari, et in pristi-
num statum reduci, si, et in quantum per aliquem gressum habeant hujusmodi vias
supradictas dictis Viario, et Viarijs fuerit reclamatum. Qui Viarius, et Viarij et,
e ipsorum quilibet habita tali reclamatione præcipiant adiacentibus, et illi cui hujusmodi vi-
as vel aliquam ipsarum devastasset, vel quomodocumque, et qualitercumque devastata fuisset
aut aprehensa, quatenus infra terminum competen. per d.um Viarium, et Viarios assignan-
dum hujusmodi vias debeat reaptare et reduci in pristinum statum, quod si non fuerit in
suprad.m pena puniatur, et nihilominus aptare, et relaxare teneatur.
Volumus autem, atque declaramus quod Viarius d. Castri, qui pro tempore fuerit, omni an-
no teneatur, et debeat facere bandire per publicum Bajulum d. Castri per publica loca, et
consueta, quod omnes, et singulas Personas d. Castri debeant aptare, et aptari facere omnes
et singulas vias juxta eorum possessiones tam Communales, quam vicinales stantes in Terr.,
et districtu d. Castri in, et per totum mensem Junij, ad penam duorum bajoccorum pro quo-
libet et vice, qualibet et hoc fiat in principio dicti mensis Junij, et quod omnis, et singulæ
viæ suprad. tam vicinales quam Communales quando fiet discussio viarum, per Viarium, et
Viarios quod qualibet via de hujusmodi præ nominatis, quæ indicata fuerit per dictos Viarios esse
bona, et sine impedimento quod de hujusmodi talibus Viarius d. Castri stare, et credere debeat
simplici verbo prædictorum viariorum. Statuentes insuper quod si quis sua propria auctori-

tate extramutasset, sive extramutaverit aliquam viam communalem, vicinalem aunitum sive transitum consuetum teneat, et debeat hujusmodi viam relaxare, et in pristinum statum reducere in terminum competentem assignat dictos Viarium, et Viarios, sub pena bajocorum sexdecim, et nihilominus dictam viam reducere ut supra, salvo tamen non extraxisset ad melioramentum de consensu viariorum et majoris partis illorum illius contrade in cujus via jaceret, et predicta locum habeat in presentibus preteritis et futuris, ac etiam d. Viarij debeant estimare omnia et singula damna data, tam per personas, quam per bestias, et facta in tenimento d. Castri qui Viarij habeant pro eorum labore pro qualibet extimatione cujuslibet damni dati bajocum unum, et si predicti Viarij fuerint in predictis negligentes, solvant bajocos octo pro qualibet ipsorum.

De debentibus ire in exercitu seu Ambassiata.

Item stat.mus et Ord.mus, quod quicunque mandatum fuerit per vicarium, et quinque antepositos d. Castri in exercitu, vel ambass eundi, et electus per quinque antepositos ire consenserit, debeat expedite quod sibi injunctum fuerit peragere, et si fuerit in mora eundi solvat bajocos duos pro qualibet die, et dictam ambassiatam facere teneatur, et de mercede, et provisione d. tali deputati, seu ambassiatoris stet arbitrio massariorum.

Quod fiant Ambassiatores pro parte Communis tantum

Item statuimus, et ordinamus, quod quinque Antepositi dicti Castri non possint, neque valeant quoquo modo, vel quesito colore mittere vel destinare in aliquo loco aliquam ambassiatam seu ambassiatores vel Oratores, vel Nuntios pro parte dictorum quinque, et Communis d. Castri ad expensas d. Communis nisi pro evidenti utilitate, et facto Communis d. Castri, ad dt penam, et sub penam Juliorum octo pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, sed teneantur prefati quinque antepositi ad requisitionem, et petitionem cujuscunque petentis de d.o Castro Collislattis, vel Montis S. Marie, sive Turris, facere mittere, et destinare litteras ambassiatam, vel Oratores pro parte d.i Communis et quinque Antepositi d. Castri expensis et sumptibus cujuscunque petentis vel volentis dictam Ambassiatam, vel Ambassiatores, et non alius nec alio modo, et qui contra fecerit, teneatur ad dictam ad penam octo Juliorum, et faciat unam tertiam Muri super Muro dicti Communis, vel Castri.

Quod Camerarius Comunis teneatur habere penes se Mensuras et Ponderas.

Item statut. et ord.mus, quod Camerarius Communis qui pro tempore fuerit, teneatur penes se habere mensuras Communis, et pesas, et unum Medale a vino, et unam quartarellam de ramo aptam ad mensurandum vinum, et duo medalia pro mensurando Oleum Unum Medale, et unum Octajolum, aptum ad mensurandum granum, et aliud bladum, adjustata, et mensurata ad mensuram Civitatis interamne, et sigillata sigillo Communis dicti Castri.

Quas mensuras et omnia alia supradicta, et infrascripta, Camerarius qui erit pro tempore pro Commune dicti Castri penes se retineat, et quilibet dicti Castri, volens emere, vel vendere, mensurare debeat cum dictis mensuris et ponderibus vel aliquibus adiustatis, et sigillatis, et cum ipsis mensuris, et ponderibus si quis vero contrafecerit, solvat pro pena vice qualibet Julios quatuor pro qualibet. Si Camerarius predictus dictas mensuras, vel ipsarum aliquam non haberet, et aliquas alias mensuras sigillaverit non justas cum sigillo dicti Communis, solvat vice qualibet, et pro qualibet mensura Julios octo. Qui Camerarius teneatur vinculo juramenti dictas mensuras et omnia bona Communis que ad ejus manus pervenerint manutenere, custodire, et conservare, et ipso novo Camerario in exitu sui Officij in terminum quinque dierum per inventarium scriptum manu Notarij Communis assignare, et tradere debeat ad penam Octo bajoccorum si in predictis, vel in aliquo predictorum contrafecerit, et ad eadem penam teneatur novus Camerarius si dictas mensuras, et bona receperit sine dicto Inventario scripto manu dicti Notarij Communis, et Notarius Communis qui pro tempore erit ad requisitionem dictorum Camerariorum debeat dictum inventarium facere, et scribere ad penam predictam in presentia quinque artepositorum dicti Castri. Volentes etiam quod Camerarius plus habeat, et habere teneatur una cum dictis mensuris, stateram adiustatam ad mensuram Civitatis Interamne cum qua quilibet ponderare possit statuentes insuper quod si dictus Camerarius aliqua de dictis mensuris et ponderibus, vel aliquid de bonis Communis que ad ejus manus pervenerint, vel quomodolibet perdiderit teneatur de suo proprio refacere, et consignare novo Camerario ut supra in dicto terminum ad dictam penam.

Quod Via S. Andree aptetur

Item statuimus, et Ordinamus quod via qua itur ad Eclesiam Santi Andree aptetur, et aperiatur per vicinos, ut existit consuetum ad pena quatuor bajocorum pro quolibet.

Quod nullus possit edificare super Muro Communis, nec super Vijs Publicis

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona dicti Castri, nec aliunde possit, nec sibi liceat domos edificare super muro Communis dicti Castri circum circa dictum Castrum, nec juxta illos edificare, et aliquid ponere, et ipsas cooperire. Si quis vero contrafecerit incidat in penam sextorum Octo, et nihilominus teneatur edificium removere. Statuentes etiam quod nulla persona possit ponere in muris dicti Castri intus, nec extra muros dicti Castri trabes, nec alia ligna, et si quis contrafecerit, et solvat pro banno Julios sexdecim, et teneatur trabes, et ligna levare, et removere.

Quod via Circum circa Muros sit ampla

Item statuimus et ordinamus quod circumcirca muros dicti Castri intus dictum Castrum sit via ampla et spatiosa sex pedum salvis domibus nunc edificatis de mandato Domini dicti Castri, et si quis occupaverit, et foveam fecerit, vel aliquod impediverit, vel aliquid accepe-

rit de d. via, solvat pro pena Julios duos et primum statum reducat, et ilo, et tali-
ter quod possit libere transire, et ire per d. viam.

Quod opera Communis fiant

Item stat.us et Ord.o quod quicunque mandatum fuerit ad aliquod opus fiend. pro
negotiis et factis d.i Communis d. Castri, per quinque Antepositos et Massarios d. Castri cum
bestiis, et sine bestiis, quod debeant ipsum opus facere ad penam unius Carolini pro quo-
libet Contrafaciente, et nihilominus teneatur dictum opus facere.

Quod Consiliarij vadat ad Consilium sive Arengam.

Item stat.us et ord.o quod quinque antepositi, et quilibet Consiliarius teneatur, et de-
beat ad Consilium accedere, quoties vocatus fuerit per bajulum Communis ad sonum
Campane ad penam bajocorum quinque et idem intelligatur de quinque Antepositis d. Castri.

Quod nullus de Quinque Antepositis faciat Ambasciatam

Item stat.us et Ord.o quod nullus de d. Castro qui fuerit de numero quinque antepositorum
faciat, nec fieri debeat aliquam ambasciatam pro parte dicti Communis extra dictum
Castrum, quam si fecerit et excesserit mandata Communis, salarium non habeat a Co-
muni, et solvat pro banno bajocos octo, et ad eadem penam teneatur alij prefati quin-
que, si eidem daret vel facerent salarium pro quolibet ipsorum, et qualibet vice, nec de
quinque antepositi, et Camerari Communis possint facere aliquod opus, aut exercitium
d. Communis pro aliquo salario, nec vendere aliquid de rebus eorum, durante tempore
eorum Officij d. Comuni ad dictam penam, et perdat salarium, et pretium rerum ven-
ditarum, et datarum in Commune.

Quod fiant Homines sive Sindici super bonis Communis custodiendis

Item stat. et ord.o quod quinque antepositi pro tempore fuerint in introitu eorum Offitij
faciant duo homines, qui curam habeant de bonis Communis, et possessionibus Communis po-
sitis intus, et extra d.m Castrum qui teneantur inquirere, et perscrutari pro quibuscunque
possidentibus aliquid de bonis d. Communis, et jurent eorum Officium facere legaliter,
et bona fide, remotis ab eo, odio, amore, timore, prece, pretio et repertos aliquos, vel
aliquem, abire, et possidere de bonis d. Communis debeant eis vel eis mandare quod infra
decem dies debeant relaxare et Communi integraliter reasignare ad penam octo Julio-
rum, et mediè lanne [?] applican Communi pred. pro quolibet et qualibet contrafaciente
et relaxare nolente bona Communis post dictum terminum, et mandatum ei factum, de
quibus credatur relationi, et juramento dictorum hominum. Qui homines deputati sint
solliciti, et diligentes in predictis vinculo juramenti, et ad penam, et sub pena octo ba-

jocorum pro quolibet ipsorum.

Quod Officiales Communis debeant reddere rationem de gestis per Eos.

Item stat.um et ord.m quod Officiales Communis, et quinque antepositi, notarius, et Camerarius Communis dicti Castri qui fuerint pro tempore teneantur, et debeant reddere rationes de gestis, et administratis per eos, et quolibet eorum, finitis ipsorum tempore eorum offitij, et in fine eorum Offitij teneantur, et debeant dare, et assignare libros introitus, et exitus factos d.o tempore in manibus infrascriptorum hominum infra tempore quinque dierum, ad penam quatuor Juliorum pro quolibet, et vice qualibet et quod per quinque antepositos d. Castri sit in Offitio successores eligantur duo homines, et unus notarius qui non sint affines, vel consanguinei usque ad tertium gradum Canonicum alicui debenti reddere rationem infra terminum quinque dierum post eorum introitum ad penam Juliorum quatuor pro quolibet ipsorum, et vice qualibet qua contrafuerint qui duo homines, et notarius teneantur, et debeant jurare eorum offitium facere bene et legaliter habitis dictis Libris infra terminum octo dierum, postquam eis mandatum fuerit revidere, et corrigere omnes et singulas expensas, et exitus fact. d.o tempore, et si d. duo homines, et notarius invenerint fuisse aliquas expensas in d.o Commune preter, et contra formam dicti statuti cassare, et annullare facere de dictis libris ad penam, et sub pena p.ta pro quolibet ipsorum, et qualibet vice si in predictis fuerit negligentis, et p.ti quinque Antepositi debeant solvere dictas expensas sic cassatas, et factas contra formam statuti de eorum propriis denariis, et non expensis Communis ad dictam penam pro quolibet vice.

Quo Ordine Bona Communis Vendantur.

Item stat.m, et ord.m quod quinque antepositi ad regimen d. Castri qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant, annuatim in termino octo dierum post festum santi Petri de mense Junij vendere bona Communis sive communalia, que actenus solita sunt vendere prout dictis quinque antepositis, et regimini videbitur pro utilitate, et comodo d. Communi, et plus offerenti dare, et tradere teneant et debeant.

De Cereis fiendi per Camerarium, et quinque Antepositos dicti Castri.

Ad onorem et reverentiam omnipotentis dei, et gloriosissime Virginis Marie et beatorum apostolorum Petri, et Pauli Protectorum, et Defensorum Comunitatis d. Castri.

Statuimus et ordinamus, quod Camerarius Comunis dicti Castri qui pro tempore erit teneatur et debeat annuatim de pecunia Communis fieri facere duos cereos ponderis duarum librarum pro quolibet ad penam unius Julij si prefatus Camerarius in predictis contrafacerit, et Vicarius dicti Castri qui pro tempore fuerit possit dictam penam de facto auferre, et quinque antepositi dicti Castri qui pro tempore erunt debeant presentare dictos duos Cereos scilicet unum ad altare santi Petri, de Mense Junij, et alterum ad altare Ecclesie Santi Ma

R. ARCHIVIO di STATO di ROMA BIBLIOTECA

rie fraternitatis d. Castri, in festo ipsius de mense Augustij dum divina celebrantur offi-
cia in dictis Eclesijs, dictis temporibus, et presbiteri dictarum Eclesiarum non possint, nec
debeant vendere dictos cereos, vel aliquem ipsorum neque alienare alicui quacunque
occasione, sed debeant comburere in omnibus festivitatibus solemnibus dum divina celebran-
tur officia.

Quod Quinque Antepositi procui facere teneantur de Menibus Communis Erenas, et alias Erbas, et Impedimenta

Item stat.ta et ord.a quod quinque antepositi d. Castri teneant et debeant semel ad minus tem-
pore eorum officij procui, et procere facere per homines d. Castri arbores, gittabias ere-
nas, et omnes alias herbas existentes, et permanentes in Muris d. Castri circum circa d.m
Castra intus et foris extra ad penam unius Julij pro qualibet ipsorum si in predictis fuerit
negligentes.

Quod Forenses Habitantes in dicto Castro teneantur jurare fidelitatem.

Item stat.tis et ord. quod quicunque Forensis venerit ad habitan. in dicto Castro, et in eodem
moram traxerit per unum annum, qui teneatur jurare fidelitatem Domino dicti Castri
in forma dicti Castri, et consuete, et debeat omnia, et singula statuta, et ordinamenta dic-
ti Castri observare, et omnia alia facere, et solvere prout alij homines dicti Castri faciunt,
et solvant ad penam in dictis statutis contenta, quod si facere denegaverint expellantur per
curiam d. Castri de d.o Castro, et ejus territorio, et dummodo prius, et ante omnia prestent
fidejussionem de non committendo aliquid contra Formam prefessi statuti.

Quod Camerarius Communis teneat Claves Citerne

Item stat.tis et ord. quod Camerarius Communis d. Castri qui pro tempore fuerit teneat, et
penes se debeat tenere Claves Citerne d. Castri nec alicui de aqua ipsius Citerne estra-
here permittat sine evidenti utilitate, seu necessitate de qua stetur deservitioni Vicarij
et ipsius Camerarij ad penam Bajoccorum quinque pro qualibet vice, et quicunque ex-
traxerit aquam d. Citerne sine licentia quinque Antepositorum, et Camerarij d. Castri
pro qualibet vice.

Quod Camerarius et Antepositi faciant reaptare Muros.

Item stat.tis et ord. quod quinque Antepositi, et Camerarius dicti Castri, qui pro tempore
fuerint teneantur, et debeant fieri facere reaptare, et restaurare Muros circumcirca
dictum Castrum ubicunque fuerit opportunum, et necessarium tempore eorum officij; et si
prefati quinque Antepositi, et Camerarius fuerint negligentes, ad predicta solvant pro d.o anno
Julium unum pro qualibet ipsorum.

Quod fiant Homines qui faciant jurare salvitias

Item stat.us et ord.o quod omni anno de mense Maij faciant per quinque antepositos dicti Castri duos homines qui jurare faciant omnes, et singulas personas predicti Castri, a decem annis supra, omnes, et singulos salvitias, secundum quod per quinque Antepositos fuerit ordinatum, qui homines predicti faciant jurare omnes, et singulas personas pred. et etiam quasque alias tam terrigenas, quam forenses que habitaverint in d.o Castro in octo dies postquam jurare inceperint, et dicta electio fiat in mense Maij, et quicunque recusaverit vel jurare incidat in penam unius julij, et jurare teneant ad dictam penam et quilibet teneatur delinquentes et damnum dantes personaliter accusare vigore d. Statuti.

Quod quinque Antepositi teneantur ire cum Vicario.

Item statuis, et ord.e quod quinque Antepositi, et Consiliarij d.i Castri qui pro tempore fuerint ad requisitionem, et mandatum Vicarij dicti Castri ipsi et quilibet ipsorum teneant et debeant ire cum Vicario d.i Castri quando voluerit ire ad faciendam aliquam executionem Realem et personalem contra forenses, et inobedientes pro quibuscunque maleficiis, vel delictis, et juxta posse faciant interveniant, et assistant in omnibus supradictis eidem Vicario necessarijs contra dictos, ad penam, et sub pena octo juliorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice.

De Matrimonio fiendo

Cum ita Matrimonium fuerit a Deo juridice ordinatum, ideo hac Lege stat.s quod nulle Parentele seu sponsalia vel Matrimonia fiant, et fieri debeant in d.o Castro, nisi cum voluntate, et presentia Patris, Matris, fratrum Carnalium, vel consobrinorum mulieris de qua fieret matrimonium, vel Parentela, et si d. mulier Patrem, matrem, vel Consanguineos pred. non haberet, habeat, et habere debeat ad d.m Parentelam faciendam sex Consanguineos viri, de quo debet matrimonium fieri vel saltem sex de proximioribus Consanguineis d. mulieris, et tres de Consanguineis d.i viri quibus presentibus d. Parentela seu matrimonium fieri debeat publicum Istrumentum per verba de presenti vel anuli immissione ut juris fuerit, servata forma sacrosancti Concilij Tridenti, et omnia alia reformat, e ordinat. s. Matre Ecclesie, qui clam vel sine solemnitatibus pred. facere presumserit ultra penas ordinarias, penam scutorum sexdecim ipso facto incurrat.

Quod Quinque Antepositi Exigant Perticas Muri.

Item stat.us et ord.e quod quinque antepositi qui pro tempore erunt teneant, et debeant effectualiter exigere ad delinquentibus, et condemnatis Perticas, seu Cannas Muri pro eorum maleficiis, ut supra dictum est dummodo per mensem ante finem eorum officij fuerit condemnati, et id quod exigerint debeant ad Notari facere in libro Camerarij Communis, et si facere neglexerint et finito eorum officio ipsi ad eadem pena teneantur, dicta tamen actione exigendi a delinquentibus eorum penam, et Massarij sub sequentes in officio teneant illas exigere sub pena dupli dictarum penarum, ac exequentur

aliqui pretendentes ignorantiam, vel aliquo alio quesito colore et vicarius qui exige-re durabit dictam penes habeat decimam partem illarum ultra solitam mercedem si quam aliam juridice super illis habet, et pertice mensurandae reducuntur ad pecuniam solvantur ad rationem carleonorum viginti pro qualibet pertica, et canna ad penam carolenorum decem pro qualibet canna, de quibus non possit peti in consilio nec extra, gratia impertiri sub pena sextorum decem pro qualibet petente seu consulente, vel arrengante, et gratia habeatur semper pro non facta et pecunie solutis pro dictis per-sius vel cannis non possint expendi nisi in fabrica dicte communitatis, et qui expendi-derit in alios usus teneatur tantumdem quantum expendere de suo reponere in Com-muni.

Quod Portinarij debeant claudere Portas

Item stat.^s et ord. quod Portinarij debeant ante tertiam horam noctis clau-sisse portas cum solita clave sub penam juliorum duorum pro qualibet nocte, et Massarij teneantur toto tempore eorum offitij providere de dictis Por-tinarijs ad dictam penam.

Finis Libri Primi

Civilium

Liber Secundus

Frequens et assidua querela quamplurium presentium statutorum auditum pulsavit, et exceptionum et cavillationum subterfugia per que cause Litis cognitio plerumque perivit cum Laboribus gravibus impedit, et superfluis ditat expensis de medio evacuaret, et succiderent imposterum.

Quod Vicarius debeat finire Causas

Finem litibus imponere cupientes stat, et ordinamus quod Vicarius dicti Castri Ursini, sive Collestatis qui pro tempore fuerit debeat expendere fine debito termino ad omnes et singulas causas in Curia d.° Castri vigentes, et coram ipso productas tam civiles, quam criminales in spatium unius Mensis cum dimidio possit juramentum calumnie, nisi ex evidenti causa vel impedimento impediret, seu determinaret causa tunc Vicarius possit et debeat prorogare terminum una cum quinque antepositis dicti Castri

De modo procedendi in Civilibus Causis

Item stat.° et ord.° quod in Civilibus Causis procedat per officialem, et Curiam d.° Castri, modo et forma infra, videlicet quod in omnibus et singulis Citationibus in Civilibus Causis statum sufficiat una Citatio si fuerit personalis et una die pro alia, et quod quelibet Citatio que fuerit ad Vicarium in curia dicti Castri si fuerit personalis valeat, et teneat ac pleno jure non obstante quod non fuerit facta una die pro altero, et si dicta citatio non fuerit personalis citetur Reus ad petitionem actoris ad Domum solite habitationis duabus diversis vicibus videlicet una die pro altera jure suo pro actori super eo quod ab eo petere intendit coram Vicario vel officiali d.° Castri qui Reus si comparuerit, et confessus fuit teneri suo actori in quantitate quam d.° actor petierit a d.° Reo Vicarius predicta qualitate viginti quinque bajoccorum infra det, et assignet terminum octo dierum ad solvendum suo creditori vel actori, et si Reus negaverit suo actori que petiered tunc d.° Vicarius statuat et assignet terminum octo dierum Actori ad probandum, qui Actor si legitime probaverit ea que petierit mandet d.° Reo persolvere debeat quantitatem petitam d.° Actori, in terminum decem dierum usque in viginti quinque bajoccos, ad penam sex decim Denariorum pro qualibet die, quo fuerit in mora solvendi que pena non possit ascendere nisi ad summam bajoccorum duodecim, et non ultra. Si vero non comparuerit in dictis terminis, vel in dictos terminos Actor compareat et accuset Contumaciam Rei non comparentis, et antequam discedat a Banco, Vicarius qui fuerit pro tempore pronuntiet Reum non comparentem fore et esse merito contumacem, et contra ipsum procedat

dum sit tanquam Confessum et contumacem, et ipsi Reo mandari faciat per bajolum
d(ic)ti Castri, quod in terminum predicto ipsi Reo assignari octo dierum debeat solvisse quan
titatem petitam per actorem ad dictam penam duodecim denariorum pro die qua
libet fuerit in mora usque in quantitatem predictam duodecim bajocorum, et hoc intel
ligatur usque in d(ic)tam quantitatem juliorum quinque a quantitate vero quinque juliorum
supra comparente Reo, actor Libellum seu petitionem suam continens id quod petere
voluerit coram d(ic)to Vicario ex libeat, faciat, vel producat d(omi)nos pred(ict)os, ex factis d(ictis) cita
tionibus si Reus fuerit confessus teneri actori in quantitate quam petierit Vicari
us pred(ict)us assignet terminum Reo a quantitate V. juliorum super quindecim dierum
ad solvendum, et hoc intelligatur, et similiter si debitum fuerit probatum per legi
timas probationes, testium, attestationes, instrumenta, apocas, vel alias legittimas scriptu
ras tunc assignet Reo terminum quindecim dierum, et hoc intelligatur a quantita
te quinque juliorum et supra ab inde infra assignet terminus octo dierum ut dictum
est infra quem Bonum quindecim dierum a quantitate quinque juliorum su
pra si non solverit, Reus incurrat penam duorum solidorum pro quolibet die
quo fuerit in mora, que pena non possit ascendere nisi usque ad quantitatem vigin
ti quatuor bajocorum, et non ultra, et elapso d(ic)to t(ermi)no actor ipsum accusaverit
nihil teneat d(ic)tus Vicarius quandocunque post dictum terminum ad petitionem acto
ris predicti cogere, et personaliter cotringere Reum ad solvendum d(ic)to actori quem Re
um si d(ic)tus Vicarius personali constringere non potuerit, tunc investiat actorem de
bonis dicti Debitoris vel Rei in hunc modum primo bonorum mobilium, pro duplo,
secundo bonorum stabilium pro triplo, tertio de nominibus debitorum, si de bonis
et possessionibus non invenirentur. Ultimo si satisfacere non potuerit actori
exbandiatur ut postulat ordo juris in omnibus vero causis Civilibus excedentibus
quantitatem viginti quinque Bajocorum supra, deferatur partibus juramentum
de Calumnia post quod juramentum restet Lis, et detur terminus partibus ad pro
bandum.

De salario dando in Civilibus

Item stat(utu)m et ord(inatu)m quod Vicarius d(ic)ti Castri qui pro tempore fuerit habeat pro
salario sive Capisolido quattrinos sex pro quolibet floreno et ejus salarij medietas
solvatur ab actore in principio cause altera vero medietas ita demum si fuerit per
sententia terminata vel aliter determinata, et si salarium predictum semel solutum
fuerit in totum vel in partem pro eo quo fuerit solutum non possit amplius peti,
et hoc intelligatur in causis incolatis per ipsum Vicarium, in causis vero, incolatis,
et agitatis coram A. C. auditor Ill(ustrissi)morum DD. Vicarius nihil pro Capite solidorum
habere debeat, sed omnia emolumenta debeant d(ic)to DD. auditori, et in alijs causis in
quibus d(ic)tus DD. auditor habuerit Capita solidorum a decem scutis supra usque in quan
titate quinquaginta scutis abeat julios quinque pro sportulis in prolatione sententie
pro quinquaginta scutis supra usque ad centum habeat scutum unum, a centum scutis
supra usque in ducentis julios, quindecim, a Ducentis supra scutos duos. Zocca

ipsis vero in quibus d. Auditor non habuerit Capita solidorum habeat sportulas duplicatas.

De Contumacijs purgan.

Item statu. et ord. quod si quis vel si qua Contumax fuerit ad petitionem alicujus et ipse contumax voluerit ipsam Contumaciam purgare possit in d.m termino spatium octo dierum postquam fuerit Contumax suo actori expensas legittimas refecerit, et restituerit, et ante omnia alias non audiatur declarantes quod si Contumax fuerit citatus personaliter teneatur ad solutionem totius salarij, et aliarum expensarum si vero citatus non fuerit personaliter quomodocumque infra octo dies comparuerit ad purgan. Contumaciam teneatur ad refectionem medietatis salarijs, et alia medietas remaneat penes Cancellarium ut supra dicium est assignan. ut supra.

In quibus Causis summarie procedatur

Item statu. et ord. quod Vicarius d.i Castri qui pro tempore fuerit faciat unicuique jus plenarium summarie et de plano sine strepitu, et figura judicij usque ad unum julium, et in omnibus causis mercedis, operarum diurnarum et similiter in omnibus causis Communitatis, et Ecclesiarum, et fraternitatis, et quod Potestas non possit exigere a debitoribus Communitatis, et Ecclesiarum, et fraternitatum pro executione sua nisi bajoccum unum pro quolibet, et qualibet vice.

Qualiter procedatur in Debitis Defunctorum

Item statu. et ord. quod, si quis vel si qua de d.o Castro teneret aliquod habere ab aliquo, vel ab aliqua defuncta quod tunc citari faciat heredes hoc modo, et forma, et capitulo de civilibus declaran., et si nullus comparuerit ad responden. pro mortuo, vel mortua, quod tunc fiat processus ut moris est, et secundum formam Capituli statuti loquentis de finitimis, et detur tenuta bonorum ipsius defuncti modo, et forma in Capitulo prox.o precedenti de finitibus declaratur. Qui Vicarius faciat bandire quod omnes volentes bona dictorum Defunctorum defendere compareant in tres dies post dictum bandimentum alias dabitur tenuta ut dictum est, et ordo juris postulat.

De Pignoribus Recolligendis.

Item statu. et ord. quod, pignora, seu tenuta data alicui creditori Curiam d. Castri detur terminus debitori ad recolligen. dum viginti dierum proxime futur. in quem terminum d. debitor d.a pignora et tenutam non recolligerit tunc ad petitionem creditoris fiant, et fieri debeant duo bannimenta in quorum quolibet ter

minus duarum dierum assignet, et in qualibet banimento heverba dicatur quod quicunque vult emere dita pignora seu tenuta data tali creditori de bonis talis debitoris pro quantitate petita, et expensis legittimis compareat coram dicta Curia in termino duorum dierum proxime futurorum, et plus offerenti dabitur et elapso termino possit per ipsum Creditorem vendi d.a tenuta, et pignora cum licentia Vicarij d.i Castri, et si plus vendiderit ultra quantitatem pro qua jacerent pignora ipsa vel tenuta, quod illud plus reddatur et restituatur debitori, et si minus debitor tenetur adimplere si vero in dictis terminis aliquis non comparuerit, qui dicta pignora et tenutam emere voluerit tunc per d.m Vicarium ad petitionem actoris ponatur Estimatio ad estimandum d. pignora, et tenutam et facta extimat dictorum pignorum, et tenute per d.m Vicarium, et curam ad judicium Estimatoris in solutum, et pagamentum tantum quantum capit mercede banorum, et expensas legitimes, et si plus vel minus fuerit extimata fiat ut supra.

Quod procedatur de similibus ad similia

Item statuit et ord. quod ea que per pns statutum non discernerentur, nec per ordinem describerentur procedatur de similibus ad similia, et ubi non adinveniretur simile recurratur ad dispositionem Juris Communis tam in Civilibus, quam in Criminalibus secundum legem.

Quomodo debeat Fieri partitum in caussis Civilibus

Item stat. et ord. quod partitum in caussis Civilibus fiat hoc modo videlicet, quod quicunque comparuerit coram Curia, et Vicario dicti Castri, et aliquid petierit sibi dari, vel pecunie quantitatem, vel aliquid aliud, et d. actor de re seu quantitate per eum petita offert se paratum velle stare juramento Rei si ipse Reus jurare vult petita per d.m actorem vera non esse, et paratum se offert stare suo juramento, vel reddere benefitium reprobandi ipsum juramentum sibi reservatum vel paratus est et paratum se offert dictus actor ad sancta Dei Evangelia petita per eum contra d.m Reum beneficio reprobandi d.m juramentum reservato d. Reo, tunc d. dominus Vicarius precipiat ipsi Reo ut non discedat, quod non suscipiat d.m partitum aut referat actori pred., et si ipsum partitum susceperit, et confessus est d. Reus contenta in d. partito vera esse, aut unum juramentum refert d. actori, aut actor juret contenta in d. partito vera esse tunc precipiat ipsi, Reo ut in terminum in proximo superiori Capitulo comprehensum det, et solvat quantitatem contentam in d. partito nec non eidem Reo ad reprobandum juramentum prestitum per d.m actorem super d. partito terminus quinque dierum assignetur, et si d. Reus susceperit partitum in suo juramento negaverit contenta in eodem partito, tunc d. actori terminum quinque dierum prefigat, et assignet ad reprobandum juramentum prestitu per d.m Reum super d. partito, et si supra d. actor, vel Reus in d.m Reum d.m juramentum non reprobaverint ipsi, vel ipsa alteri se quantitas fuerit a

quatragintà solidi denariorum infra se per unum testem idoneum fuerit probatum tale juramentum sive sit actor, sive sit reus in judiis quatuor pareatur per Vicarium et Curiam d. Castri; statuentes etiam quod à quadraginta solidi denariorum supra hoc Capitulum locum non habeat nisi fuerit de voluntate actoris et Rei.

Quod credatur sacramento petentis

Item stat. et ord. quod usque in quantitate duorum bajocorum credatur sacramento petentis, a bajocchis duobus supra usque in quantitatem quadraginta bajocorum credatur juramento petentis cum uno teste de visu ab inde supra, sicut dictum est.

Quod quis noluerit se Curie obbligare non fiat ei jus.

Item stat. et ord. quod si quis habitator in dicto Castro Ursino sive Collestat te noluerit se costringere ad deancum Curie d. Castri, et ad jus ipsius Curie quod Vicarius qui pro tempore fuerit eidem jus facere non debeat in aliquo, nec sibi, nec suo procuratori non obstante aliquo capitulo in contrarium loquente, et nihilominus possit per d. Vicarium puniri pena pecuniaria arbitrio suo, imponenda, dummodo non sit persona Eclesiastica.

Quod Vicarius non possit cogere Fidejussores, dum invenitur Principalis

Item stat. et ord. quod si quis fidejusserit pro aliquo pro aliquibus debitis vel delictis, quod Vicarius non possit constringere fidejussores preds. dum principalis invenitur, nec possit capere, vel capi facere tenutam de bonis fidejussoris dum invenientur de bonis principalis.

Quod fiat jus Forensibus secundum quod fit in eorum Terris

Item statuimus et ordinamus quod cuilibet Forensi debenti aliquid a quocumque quaque de d. Castro fiat illud jus per Curiam d. Castri, quod fieret Terrigene d. Castri in Terra de qua esset d. Forensis.

De modo allegando absentiam

Item statuimus et ord. quod quicumque fuerit de d. Castro et ejus territorio absens et citatus, et requisitus fuerit coram Vicario d. Castri ad petitionem cujusque Persone ad respondendum de jure, vel quacumque alia occasione quilibet Consanguineus vel vicinus seu quicumque alia persona possit, et sibi liceat coram ipsa curia personaliter comparere, et talis citato vel requisito absentiam allegare possint accepto primo juram.o a d. tali dictam absentiam allegante qui juret ad sancta dei Evangelia

tangendo manibus scripturas, quod dictam absensiam causa prorogandi tempus dicto tali absenti non allegat, et Vicarius qui fuerit pro tempore teneat et debeat dare et assignare d° tali absensiam alleganti terminum competentem, ad faciendum comparere dictum inquisitum absentem secundum distantiam Loci, ubi d. citatus permanserit prout ipsi Vicario melius videbitur convenire, et hoc capitulum locum habeat, tam in Criminalibus, quam in Civilibus Causis.

De executione Istrumentorum.

Item statuimus et declaramus quod istrumenta queque producta per quamcumque personam coram vicario d. Castri vel ejus curia quod aliquem, seu aliquam que publica istrumenta seu istrumentum non appareat vitiosum Cancellatum, vel in aliqua parte suspectum, tunc Vicarius d.ti Castri quoram quo dicta istr.ta producta fuerit teneatur et debeat ad petitionem petentis sive creditoris ipsa istrumenta exequi ut postulat ordo juris, salvo quod si per illum contra quem d.m istrumentum produceretur probatum fuerit coram d.o Vicario esse falsum, usurarium, aut solutum, vel si esset occasione ludi denariorum hujusmodi instrumentum producens per dictam curiam, et Vicarium nullatenus audiatur, ut sibi talibus jus non retineatur.

De questionibus in Rebus Immobilibus

Item stat.us et ord. quod si Lis questio, vel litigium fuerit de rebus immobilibus et reus fuerit convictus seu contumax quod tunc actor ponatur in possessionem, et tenutam possessionis, e Rei petite, et si contumax ipsam tenutam recuperare voluerit, et purgare contumaciam, et stare juri cum suo actore, tune possit ipsam rem recuperare, et contumaciam purgare refectis expensis, et in termino octo dierum ut in Capit.lo de purgan. Contumacijs continetur.

De expensis reficiendis, et ipsarum taxatione

Item stat.us et ord. quod vic.s qui pro tempore fuerit, faciat ad petitionem actoris reficere expensas omnes et singulas factas legittime in quacumque causa civili reo actori in quibus ipse Reus per ipsum Vicarium, et Curiam esset condemnatus secundum taxationem fiendam de ipsis expensis per ipsum Vicarium, et habito juramento debenti ipsas recipere in terminum decem dierum assignandum per d.m Vicarium.

De Consilio sapientis et appellatione

Item statuimus, et ordinamus quod, si inter Vicarium, et aliquem de d.o Castro

aliqua questio oriretur, de qua senserit se gravatum a d.o Vicario, possit ipse appellare, et habere recursum ad Dominum d.i Castri, que appellatio, et recursus prosequatur in spatium decem dierum, et d. Vicarius teneatur, et debeat dare copiam omnium actorum, et Processus ad petitionem petentis et ipsa questio pendeat durante ipsa appellatione, et quelibet persona dicti Castri possit libere appellare, seu recurrere ad Dominum d.i Castri a quolibet Processu, precepto mandato, et quovis gravamine, Exceptis sententijs definitivis civilibus in quibus procedatur ut infra, quod fieret per Vicarium vel alium officialem d.i Castri in donum trium dierum, et talis appellatio debeat per d.m Vicarium, vel Officialem admitti, et appellans debeat eam prosequi post decem dies sequentes et infra dictum terminum trium dierum non appellaverit ab inde in antea appellatio non ammittatur, et si appellaverit et infra decem dies non fuerit prosecutus, appellatio sit deserta, et eo transeat in rem judicatam nisi esset pro facto domini d.i Castri, et quinque antepositi dicti Castri teneantur, et debeant ipsum appellantem, seu recurrentem ad dominum favere, et juvare, et Litteras pro parte Communis d.i Castri facere, et ad Majestatem facere expensis d.i Appellantis toties quoties fuerint requisiti, et a sententijs civilibus definitivis quisque habeat decem dies ad appellandum, et viginti ad prosequendum.

Quod Vicarius Faciat solvere Decimas Preposito S. Marie de Majano

Item statuimus et ord., quod Vicarius d.i Castri solvere faciat preposito S. Marie de Majano decimas, et Census a debentibus solvere, et prepositus dicte Ecclesie debeat decimatoribus, et Censuarijs dicte Ecclesie dare ad comedendum semel in anno in Festo beate Marie Virginis de mense Augusti, Expensis ipsius Prepositi.

Quod si quis esset detentus vel damnificatus occasione alterius

Item stat. et ord., quod si quis de d.o Castro esset damnificatus, vel detentus pro debito vel occasione alterius, vel alicujus persone de d.o Castro, quod Vicarius d.i Castri qui pro tempore fuerit teneatur illum cujus occasione vel debito est detentus sive damnificatus cogere, et costringere ad restitutionem omnium rerum eidem ablatarum et etiam damnorum ut suo declaraverit Juramento coram d.o Vicario si legittime probaverit ipsum fuisse detentum et damnificatum occasione alterius, sed si per curiam d.i Castri fuerit inhibit ad dictum locum non debere ire vel accedere, quod tunc damnum imputetur eunti ad d.m Com.e nec ipse recipiens damnum audiatur a d. Vicario et Curia.

Quod Vicarius teneatur Coniunctos in pacem ponere

Item stat.s et ord.s quod si aliquae Personae Coniunctae de d.o Castro voluerint aliquas earum Res dividere, quod Vicarius qui fuerit pro tempore, vinculo juramenti teneatur ipsas res dividere facere, et in pacem ponere absque salario, et dictos coniunctos cogere ad ponendum duos homines scilicet unum pro qualibet ad faciend. inter eos divisionem

Quod pacta, et conventiones observentur

Item statuit et ord. quod pacta, et conventiones facta, et facien. inter homines dicti Castri observentur, et Vicarius qui pro tempore fuerit faciat observare, et qui non observaverit solvat pro qualibet parte Carolenos duos et hoc, intelligatur in mercatijs factis et fiendis inter homines dicti Castri in quibuscumque alijs personis in vendentibus, et ementibus aliquam rem valoris quatuor bajocorum supra.

De relictis factis per quosq. Mortuos

Item stat. et ord. quod omnia, et singula relicta facta, et fienda per quosq. et quasq. mortuos, et mortuas et morituros, et morituras tam Ecclesiasticos, quam Clericos quam alias personas debeant solvi per heredes, et fideicommissa defunctorum infra unum annum a die mortis testatoris, et si quis contrafecerit si relictum fuerit a quantitate viginti quinque bajocorum supra, solvat pro d.o anno elapso dicto termino quatuor bajocos, et nihilominus dictum relictum solvere teneatur a quantitate viginti quinque bajocorum infra si non solverit in dictum tempus solvat pro d.o anno. Bajocos duos, Contrafaciens, et nihilominus d.m relictum solvere teneatur. Statuentes insuper quod d.a relicta debeant peti per illos vel illas quibus relicta fuerint infra unum annum a die mortis testatoris pred., et si non petierint elapso d.o anno per officialem d.i Castri minime audiantur et ipsa relicta petere non possint, nisi probabilis causa allegata fuerit.

De questionibus, et Litibus compromittendis

Item stat.s et ord. quod omnis Lis quae ventilaretur coram Vicario d.i Castri inter aliquos Coniunctos usq. in tertium gradum canonicum Consanguinitatis, et affinitatis inclusive si infra viginti quinque dies a die litis inceptae ab aliqua parte vel per aliquem coram consanguineum aut cujus libet eorundem fuerit postulatum debeat compromitti in certos homines ipsis partibus communes attinendos, et ipsi arbitri teneantur dictam litem finire et fine debito terminare in unum mensem post celebrationem compromissi si ei fuerit notificatum, sub poena duorum Carolenorum pro qualibet ipsorum, et Vicarius d.i Castri teneatur vinculo juramenti cogere ipsas partes ad dictam litem compromittendam, et dictos arbitros ad sententiandum, et arbitrandum, et si dicti partes nollent d.am litem compromittere incurrant poenam octo juliorum pro qualibet, et nihil dictus vicarius cogat contra facientes in

prędictis ad solvendum dictas penas si in prędictis fuerint negligentes.

Quod nullus Officialis comittat vices suas

Item stat.to et ord. quod nullus officialis d.i Castri vices suas comittere, nisi appareat patens in scriptis per litteras patentes, vel instrumentum publicum, et si aliquis fuerit substitutus ab aliquo alicujus officialis pręd.ti quod d.s substitutus, vel vicegerens debeat presente Vicario, et quinque antepositis d.i Castri jurare suum officium, facere bona fide et sine fraude, et si non juraverit d.m suum Officium non valeat, nec teneat, et hoc intelligatur de Notario tantum, et de aliis Officialibus remaneat in volunt.e quinque antepositorum dicti Castri qui pro tempore fuerint.

De Ferijs inducendis in Civilibus Caussis

Item stat.tu et ord. quod in civilibus caussis, et singulis questionibus in ipsis caussis ferie introducantur, et sint tempore messium, et triturandi granum, et aliud frumentum, et tempore vindemnię omni anno ipsis temporibus et in festivitate Nativitatis domini octo diebus ante d.m Nativitatem et octo post d.m Nativitatem, et Pasquatis Resurrectionis, et assumptionis, cum duobus diebus post ipsum festum, et in festivitatibus Paschę Rosę, S. Petri, S. Joannis de mense Junii, S. Marię de medio Mense Augusti et in die dominico, et omnium Apostolorum, omnes questiones Civiles, remaneat in suis terminis, jura aliquorum non moveantur, et per Vicarium dicti Castri observentur.

De relationibus Bajuli quid accipiat

Item statu.tu et ord. quod Relationibus Bajuli d.i Castri in omnibus actis tam civilibus, quam Criminalibus, per Vicarium et Officialem d.i Castri detur plena fides, et sint rata, et firma; statuentes etiam quod intus d.m Castrum de aliqua relat.ne Relatione, vel tenuta, vel ab alio quocumque actu criminali, vel civili aliquam Pecunię quantitatem ab hominibus dicti Castri tantum minime, recipiat sed extra d.m Castrum habeat et sibi salvatur pro qualibet tenuta danda creditori quindecim denarios, et hoc locum habeat inter homines dicti Castri dicimus etiam quod si d.s Bajuli Citaverint aliquem, vel aliquam ad petitionem alicujus forensis habeat pro qualibet Citatione quatrenum unum, et si tenutam dederit d.o forensi habeat duos quatrenos.

Quod bona Ecclesię S. Marię relocentur illis de Cippo.

Item stat.tu et ord. quod nulla persona faciat sibi relocari aliquam possessionem vel aliam rem de bonis Ecclesię S. Marię de Majano d.i Castri Ursini, sive collectas que recaduta essent ad dictam Ecclesiam nisi fuerit de progenie, vel Cippo illius qui tenuerit ipsam Rem seu possessionem scilicet de propinquioribus illius qui habuerit

ipsam possessionem sub pena solidorum octo, et ipsa locatio non valeat, nec teneat et
nullus possit, nec debeat nullam Possessionem vel Terram laborare, nisi esset de Cip
po, stirpe, vel progenie, vel de propinquioribus illius qui ipsam terram, vel possessio
nem, habuerit in locatione ut dictum est et si quis laboraret, solvat pro damno Carolenos
duos pro quolibet, et qualibet vice, et dans damnum in fructibus dicte possessionis
non teneatur ad penam, et laborator perdat fructus laboris, et etiam laboritium

Quod Possessiones recadute relocentur pro sexta parte valoris. —

Item stat. et ord. quod Locationes fiendo de possessionibus, et scriptis, et rebus Eccle
sie S. Marie prefate libellariis per Prepositum, et Canonicos ipsius Ecclesie retorentur, con
sanguineis de Cippo et progenie illius qui primo possessionem recaduta laboraverit usque
in tertiam generationem completam, tam in masculinam quam in femininam pro mercede,
et pretio sexte partis illius quod valet, seu valere possit possessio vel terra que locaretur,
et hoc intelligetur quod dicte locationes fiant in femmininam generationem, dum mascu
lina esset aliter non femminis, et Capitulum istud locum habeat in preteritis presentibus
et futuris.

Quantum recipiat Prepositus pro confirmatione vendite. —

Item stat. et ord. quod prepositus et Canonici de Eccl. S. Marie qui erunt
pro tempore debeant accipere pro Consensu venditionum fiendarum descripta
seu, Terris di Ecclesie per homines, et personas di Castri solidos duos per libram,
et non plus videlicet XVI. denarios a parte vendente, et octo ab Emente.

Quod Mulier dotata non possit succedere ab intestato —

Item stat. et ord. quod nulla Mulier dotata, vel descendentes ex ea possint perveni
re ad successionem ab intestato Patris, Matris, sororis, et fratris, et si pater habuerit
filios masculos legittimos, et naturales descendentes ex masculis et hoc locum habeat
tam de successione Patris quam de Materna, et sit de sua dote, tantum contenta, et
ultra suam dotem aliquid de bonis paternis, Maternis, sororis, et fraternis habere
non possit, et hoc locum habeat in presentibus, preteritis, et futuris.

De decedentibus Intestati. —

Item stat. et ord. quod, si quis decesserit intestatus sine filiis legittimis, vel filiabus
ex se natis, vel ortis quod bona Paterna succedant propinquioribus, consanguineis
sui Cippi ex parte Patris usque in quartum gradum, et bona Materna eodem
modo succedant propinquioribus ex parte Matris.

De possessionibus pacifice posses:

Item stat. et ord. quod si quis vel si qua d'er sona de d.o Castro Collititatis habuerit, tenu erit et possedit pacifice, et quiete aliqua possessionem, seu rem seu aliquas possessio nes vel res in spatio viginti annorum quod talis possessor habeat dictas res pro suas pro prias non obstante aliqua Lege.

Quod Mulier non possit contrahere, vel distraere sine consensu Consanguineorum

Item stat. et ord. quod Mulier aliqua non possit contrahere distraere donationem inter vivos obbligationem venditionem, quietationem vel istrumentum aliquod sive contractum facere ad minus sine presentia duorum Consanguineorum sibi proximi us attinentius ex Paterna linea usque in tertium gradum, et si aliter fieret non valeat ullo modo, et si talis mulier haberet virum, aut filios majores quattuordecim annis, tunc pre sentia viri, et filiorum predictorum habeatur, et si talis Mulier ex paterna Linea Consan guineos non haberet usque in tertium gradum, ut superius dictum, est declaratum, tunc sufficiat presentia duorum Proximiorum Consanguineorum ex Linea Materna usque in tertium gradum, et si dicti consanguinei, et attinentes ~~valeat~~ nolent dictae Mulie ri presentiam prestare tunc ad petitionem ipsius mulieris vel ejus Procuratores per Ba julum Communis dicti talis consanguinei una die pro altera citentur, et requirantur quod tali die, et hora venire debeant in tali Loco ad prestandum presentiam dictae tali Mu lieri volenti aliquid de predictis facere, et si d.i ejus Consanguinei in d.o termino non com paruerint incusetur contumacie contra eos, et de eorum citatione, et contumacia per No tarium fieri debeant mentio in qualibet de supradictis per Mulierem fiendis, et quid quid factum fuerit modo, et ordine predictis valeat, omni jure, Statuentes insuper quod om nis Mulier possit testari Codicillari, et Donationem causa mortis facere sine aliqua solem nitatis.

Quod Minor Vigintiquinque annis, non possit contrahere absque presentia Consanguineorum

Item stat. et ord. quod Minor vigintiquinque annis non possit neque valeat Con tractum aliquem facere cujuscumque generis vel obbligationem absque consensu, presentia, et volunt duorum consanguineorum, propinquiorum in gradu ex Paterna Linea, et si Consanguineos ex Paterna Linea non haberet, sufficiat, presentia duorum Consanguineorum ex Linea Materna usque in tertium gradum inclusive, et si aliter fieret non valeat, nec teneat ullo Jure, salvo quod si non haberet aliquos Consangui neos ex Paterna vel Materna Linea, tunc fiat per Notarium in contractu quod d.s talis ad presentiam prestandam consanguineos non habeat, tunc requiratur decretum Vicarij et hoc ordine quidquid fuerit factum valeat omni modo et Jure.

De prescriptionibus Apodissarum et Istrorum

Item stat. et ord. quod apodisse et scripture private spacio decem annorum prescriban-
tur ita quod dicto tempore elapso presumatur solutio debiti in eis contenti, et istrumen-
tis publicis spatio quindecim annorum prescriptum, et intelligatur, et debitum presu-
matur solutum ut supra, salvo iure pupillorum, et minorum secundum Juris dispositionem
et omnes actiones personales de tempore quindecim annorum sublat esse censeantur.

Taxa solutionis de scripturis, et actis fiendis in Civilibus, et Criminalibus.

Vicarius habeat pro capitibus solidorum quatrenos sex pro qualibet floreno, solvendo modo
ut supra de salario dando in Civilibus.
Notarius abeat pro scriptura petitionis a solidis octo infra quatrenos duos ab inde supra quatre-
nos quatuor usq. ad scutos decem, ab inde supra habeat quatrenos quinque.
Pro quolibet acta Civili seu produtione scripturam bajocos duos Pro purgatione Con-
tumacie bajocos duos.
Pro examine testium in Civilibus pro quolibet teste bajocos tres et deponant, nec copi possint nisi fac-
to examine.
Pro copijs in Civilibus non habeat bajocos duos cum dimidio pro qualibet carta, et qualibet facia-
ta, sit viginti filiarorum.
Pro copia libelli producti in scriptis bajocos quatuor, similiter de copiis exceptionis articulorum, et similium.
De petitione simplici in quolibet actu Civili bajocos duos.
Pro qualibet sententia difinitiva ordinarie pro lata carolenum unum de quo habeat potes-
tas bajocos quinque, et reliquum sit Notarii.
De product. et examine testium in Criminalibus dentur bajocos tres, pro quolibet teste.
Pro copia testium in Criminalibus bajocum unum cum dimidio pro qualibet, faciata que
sit viginti filiarorum.
Pro repositione in quolibet processu una cum fidejussione de stando juri bajocos tres.
Pro sententia absolutoria a viginti libris supra usque ad centum bajocos quinque ab inde su-
pra bajocos decem a viginti libris infra bajocos duos cum dimidio.
Pro decret. quarumcunq. summarum summarie proceden bajocos duos, nisi causis
Communitatis, et Ecclesiarum, et Fraternitatum solvatur prout supra scriptum est.
Pro Cassatura Processus si fuerit condemnatus per sententiam, vel per rescriptum
Domini a Centum Libris infra et ultra supra bajocos quinque a Centum Libris
supra bajocos decem, a viginti libris infra bajocos duos et quisquis possit cogi ad sol-
vend.

Finis Libri secundi

Extraordinariorium

Liber Tertius

Quod nullus macinet nisi ad Molendinum Curię

Item statuimus et ord. quod nulla persona macinet, nec macinari faciat ad aliud molendinum nisi ad molendinum Domini dicti Castri, et si quis contrafecerit solvat pro vice qualibet bajocos duos, et det debitam molituram molendinario molendinorum predictorum, sed si ad dicta molendina non poterit macinari, quod liceat ubicumque, et quocumque macinare voluerit sine pena, et damno et sine molitura.

De trajecta et via danda per Viarios

Item stat. et ord. quod si quis habuerit aliquam possessionem ad quam deberet de consuetudine vel de jure accedere per trajectam seu via vicinalem, et dicta trajecta seu via denegaretur dari per vicinos loci, et possessionis quod tunc teneatur Viarius dicti Castri qui pro tempore fuerit per Viarios, et vicinos assignari facere viam competentem et bonam per bona ipsorum vicinorum, et loca minus damnosa per viarios Castri predicti dum tamen in pred. dolum vel malitia per dictos Viarios non committatur.

De Molendinariis

Item stat. et ord. quod Molendinarij qui pro tempore fuerint, primo et ante omnia in introitu eorum offitij de mandato Vicarii d. Castri jurent corporaliter ad santa Dei Evangelia eorum artem facere, bene, et legaliter, et sine fraude, qui si non juraverint solvant pro damno bajocos quatuor, et nihilominus Vicarius pred. ipsos jurare faciat, qui Molendinarij debeant dare viennam macinare volentibus ad penam duorum bajocorum pro quolibet, et qualibet vice, nec non debeat ire ad molendinum ad petitionem macinare volentium ad dictam penam, et illi cui primo fuerit data vienna primo macinet, et si illi cui primo data fuerit vienna primo non venerit in primis pred. tunc d. molendinarius possit dare viennam alteri venienti, post eum uni tamen, et d. Molendinarij debeant accipere molituram de triginta mensuris unam, cum mensuris datis eisdem molendinarij, adjustatis et sigillatis per Curiam Communis, et si plus acceperit solvat pro damno pro quolibet, et qualibet vice solidos quinque et satis faciat damnum, et dictas mensuras debeat habere, et tenere, et finito eorum tempore reassignare debeat Camerario Communis d. Castri ad penam duorum solidorum pro quolibet die quo fuerit in mora reassignandi, et si dicti Molendinarij devastaverint vel perdiderint dictas mensuras in decem dies, a die devastationis eorum debeant reaptare vel habere, vel aptari facere, et cum ipsi blasseri farina in

dictis molendinarijs mensurare, et mensurari facere, ad penam decem solidorum pro die qualibet quo fuerint in mora reaptandi a d. termino antea, et ipsi molendinarij debeant ipsa molendina aptare, seu reaptari facere, et ipsa molendina remittere, ad macinandum cum blado vel farina eorum, et quod d. molendinarij teneantur facere bonam farinam euntibus ad macinandum, et si contrafecerint solvant pro qualibet et qualibet vice decem solidos, et emendet damnum passum de quo stetur sacramento damnum passi, nec ipsi molendinarij debeant accipere molituram sine presentia illius cujus esset bladum, et si contrafecerint solvat pro banno pro qualibet, et qualibet vice solidos tres, et dicti molendinarij non debeant mensurare facere aliquod bladum nisi cum medali quarto vel ottajolo d. Comunis ad penam quinque solidorum pro qualibet, et qualibet vice, et in omnibus prem. casibus credatur sacramento referentium non potuisse habere macinare, nec bonam farinam, et cis similibus contenta in d. capitulo, et damnorum passorum.

De molendinarijs accipientibus ultra multuram debitam

Item stat. et ord. quod molendinari qui pro tempore fuerint non possint, nec debeant accipere vel furare aliquod bladum vel farinam alicui ultra multuram, et si quis contrafecerit puniatur pro qualibet, et qualibet vice in solidis decem, et emendet damnum in duplum domino rei, ipse credatur sacramento patientis seu damnum passi circa quantitatem damni.

Quod quinque allibratus solvat dativam

Item stat. et ord. quod quicumque habeat possessionem in terr.rio d. Castri, vel habent libram in catastro d. Castri, quod teneatur dativam, et collectam eidem impositam per quinque Antepositos d. Castri solvere in terminum octo dierum postquam per d.m Castrum preconizzatum, et banditum fuerit bis more solito, sub pena quinque solidorum denariorum, quam penam d. termino elapso a non solventibus camerarius d. Castri, accipiat et nihilominus ipsos, vel ipsum cogat ad solvendum dictam dativam, et hoc ad petitionem d. Castri camerarij fiant de pena, quam de cogendo aliquem pro dativa, et si fuerint forensis compellatur per d.nos dominum detentores, et laboratores bonorum ad solvendas dativas, ad petitionem d. camerarij declarantes insuper, quod camerarius comunis teneatur exigere, et solvi facere dictas dativas ab illis hominibus qui habent de possessiones sive, possessionum descriptas, et positas in suis catastris non obstante quod non possideant de possessiones non obstantibus quibuscunque.

Quomodo accipiatur pedagium

Item stat. et ord. quod gabellarius, seu gabellarij castrorum potestatis, et terris accipiat pedagium ab illis personis terris seu locis a quibus tollitur pedagium hominibus dictorum castrorum, et secundum quod tractatum in eorum terris, et aliter non, nec accipiatur ab illis personis que essent de terris, seu locis in quibus seu in quo per homines dictorum

Castrorum Collistatti, et Turris Pedagium non solveretur, et si de hoc dubium esset credatur jura-
mento portantis salmas seu rem aliquam quicunque vero Pedagium acceperit remiciam ipsam
pedagij Gabellario, seu Pedagerijs dictorum Castrorum, vel ipsorum alteri in tres dies a die
acceptationis Pedagij ad penam quinque solidorum pro qualibet, et qualibet vice pro uncio inte-
graliter assignare. Decernentes etiam, et declarantes quod acceptator d. Pedagij, nisi in dictis
quinque solidor. pred. acceptator nullatenus puniatur.

Quod possit unusquisque res suas vendere absque pedagio.

Item stat. et ord. quod quicunque de d.o Castro venderes aliquam suam rem cujusq.ue
generis possit ipsam vendere, et portare ubicunque, et quocunque voluerit sine aliqua so-
lutione Pedagij, et si conventio fuerit facta inter emptorem, et venditorem de solvendo
Pedagium, observetur.

Quod nulla Persona faciat turpitudinem juxta Fontes.

Item stat. et ord. quod nulla persona audeat, vel presumat lavare pannos nec
facere aliquam turpitudinem vel lorduram juxta fontes, nec in fontes Putei, et For
mellam prope unam Cannam, et juxta quosque alios fontes in d.o Terr.rio ubi aqua
orietur prope mediam Cannam, et qui contrafecerit solvat pro banno, et vice qualibet
Bajocos quatuor statuentes insuper quod nulla persona possit lavare pannos, nec fa-
cere aliquam turpitudinem vel loturam in fontem, nec juxta fontem Collis noviter
fact. prope duas Cannas, et qui contrafecerit solvat pro banno julium unum vice qua-
libet salvo quod unicuique liceat lavare manus, pedes extra fontes, stat. et Camerari-
us Communis qui pro tempore fuerit teneatur vinculo juramenti remundari facere
semel tempore sui officij fontes puter, formelle collis, et Pavinelle expensis Communis, quod
si non fuerit solvat pro banno julios duos.

Quod nemo edificet juxta Ecclesiam S. Petri.

Item stat. et ord. quod nulla persona edificet, nec edificare faciat juxta Ecclesiam
S. Petri prope unam Perticam ad penam unius scuti, et nihilominus teneatur destru-
ere edificium.

Quod Vicarius teneatur inquirere pro Infectis.

Item stat. et ord. quod iminente suspicione pestis, Vicarius qui pro tempore
fuerit teneatur inquirere pro infectis, et si aliquem, vel aliquam invenerit de d.o
Castro expellere et de d.o Castro exire debeant d. infecti de mandato Vicarii, seu mas-
sariorum et deputatorum, ad penam juliorum sexdecim, et aliarum penarum in
mandato contentarum.

17v

De Fornarijs

Item stat. et ord. quod fornarij de d.o Castro debeant de coquendo panem sibi solvi facere in hunc modum, pro qualibet fornata panis dum non miserint eorum ligna habeat unum panem, et si miserint eorum ligna habeant pro qualibet fornata duos panes videlicet pro qualibet tabula panis habeat unum panem, et tabula sit vigiati Centisiatarum, et si plus acceperit solvat fornaria cuique libet, et pro qualibet vice bajocos quatuor, et si quis de derit eadem penam solvat, et ipsi fornarij debeant coquere panem ad petitionem quoru mcunque volentium coquere panem in eorum furnis et qui contrafecerit, et coquere no luerit solvat vice qualibet decem solidos, et credatur juramento volentis coquere panem et pred. fornarij nec ipsarum aliqua possit scaldare furnos cum ossibus aliarum, ad penam quatuor bajocos pro qualibet vice, nisi esset de voluntate illius cujus esset panis. Statuentes etiam quod panes sti dandi pro tabula panis si sunt de grano sit quilibet panis ponderis duodecim unciarum, et si sit misturi vel de mistioanza sit panis decem et octo unciarum, et si volens coquere panem solvere voluerit pecuniam, solvat pro for nata bajocos quatuor, et Vicarius dicti Castri qui fuerit pro tempore teneatur suo juramen to inquirere ex suo officio semel in Ebdomada contra delinquentes de contentis in d.o Capi tulo, et d.e fornarie teneantur, et debeant eorum furnos scaldare ad petitionem volen tium lignis ipsarum fornariarum vel scaldare volentium, ad penam quatuor bajocorum.

Quod nullus faciat, vel proiciat turpitudinem in Platea Communis—

Item stat. et ord. quod nulla persona proiciat inmondit vel aliquam sozzura, vel tur pitudinem faciat, vel proiciat in platea Communis, et ante Ecclesiam s. Petri de d.o Cas tro nec non circumcirca Turrim, nec in platea Portis s. Petri a Domo ser Fran Pa uli supra versus Portam, et si quis contrafecerit, solvat pro danno Iulium unum,

Quod nullus vendat Possessionem sine reservatione Juris Laboritij—

Item stat. et ord. quod nullus de d.o Castro vendat possessione alicui sine reservat. laboritij si ipsa possessio esset alicui data ad laboritium, vel locata ad coptimum vel quo modocunque quod Dominus de possessionis de d.a possessione vendita debeat jus laboratoris reservare, et laboratori satisfacere quod si non fecerit, satis faciat d. laboratori de suo pro prio, ad penam bajocorum quatuor pro die quolibet, qua fuerit in mora satisfaciendi; et la borator ptus teneatur ipsam possessionem laborare, et tenere pro tempore sibi promisso ad usum boni Coloni, et respondere de fructibus dicte possessionis, et ante dictum tempus locationis Dominus rei reacipere, vel auferre non possit, ad penam unius scuti de moneta.

De Macellarij

Item stat. et ord. quod Macellarij, et alij venditores carnis in d.o Castro habeant, et habe

rei debeant Bilancias et pesas de ferro, videlicet libram, mediam Libram, duas libras, tres
Libras, quatuor Libras adiustatas, et sigillatas eorum expensis sigillo d. Castri, et adiustatas
ad pondus ejusdem Castri et Civitatis Interamne, et Libra debeat esse duodecim unciarum
et aliter nisi cum dictis ponderibus Lardum, et Carnes ponderare non possit, et qui ponde-
raverit, vel contrafecerit, solvat vice qualibet Carolenos duos, et nullus Macellarius ven-
dant alicui carnes scrofarias pro porcinis, ovinis, pro castratinis, vel alias carnes, pro aliis
carnibus, ad penam duorum Juliorum pro qualibet, et qualibet vice, et quod carnes vendan-
tur in d. Castro, et ejus territorio pro eo pretio quo fuerit ordinatum in Capitulis, ad penam
duorum Juliorum pro qualibet contrafaciente, et vice qualibet. Nec d. Macellarii
possint vendere ad pondum capita, vel pedes quarumcumque bestiarum a genu infra
ad penam unius Julii pro qualibet, et qualibet vice, et Carnes vaccinas sive bovinas
teneantur vendere dicti Macellarii pro eo pretio quo extimate fuerint per Extimato-
res Communis vel secundum quod per quinque Antiquos [illegible] d. Castri erit ordinatum
ad penam unius scuti pro qualibet, et qualibet vice, et facta extimatione Carnium teneantur
illas vendere cuilibet volenti nec per tres dies possint illas removere a macello sub
d. pena unius scuti; et d. Carnes teneantur vendere modo pred.o [illegible], et debeant
d. Macellarii cuilibet petenti d. Carnes dare, et vendere pondere justo, et non minus ad pe-
nam duorum Carolenorum pro qualibet contrafaciente, et vice qualibet, et non possint
d. Macellarii levare dictas Carnes de macello vaccinas postquam erunt extimate in d.
Castro donec invenerint ad vendendum pro d.o pretio quo erunt extimate ad penam
predictam pro qualibet, et vice qualibet. Alie vero Carnes scilicet pecudine, vel por-
cine, tantum feminine extimentur per extimatores Communis ut supra, et facta assecu-
sive extima non possint ipsa Carnes recusare cuilibet petenti, ad penam duorum Ju-
liorum. Quicumque vero in platea Communis, et in viis publicis sanguinem, vel sozzu-
ram aliquam fecerit, vel fuerit, vel projecerit statim ipsam sozzuram sangui-
nem debeant elevare sine aliquo alio precepto, et recoligere, ad penam duorum Caro-
lenorum vice qualibet. Nullus autem audeat, vel presumat Carnes morbosas vel va-
catas vendere pro sanis, et legittimis, ad penam quatuor Juliorum pro qualibet vice
Carnes vero mortacinas nullus audeat vendere in d. Castro, ad penam quatuor Ju-
liorum pro qualibet vice, et Vicarius d. Castri possit d. Carnes proiici facere extra d.m
Castrum, mortacine vero intelligantur mortus sine gladio, carnes vero Lupaticas, et
expellatas casu fortuito cuilibet sit licitum remittere, et vendere in d. Castro absque a-
liqua pena, suprad. vero carnes mortacinas vel aliquid de ipsis, non possit nec valeat
vendere pro Lupatis eis, et spallatis, vel legitimis, ad penam quatuor Juliorum pro
qualibet vice, et de predictis stetur, et credatur juramento emptoris ipsarum Carnium.
Volumus tamen quod nullus Macellarius vendens Carnes ad minutum audeat aliquam
bestiam grossam vel minutam quam voluerit vendere in flare cum flatu hominis
ad penam Juliorum quatuor, pro qualibet bestia tempore quo dubitatur, et suspi-
catur de Peste, et malo aere. Statuentes insuper quod nullus Macellarius, vel vendens
carnes ad minutum debeat, nec possit retinere in eodem banco ubi Carnes macellan-

tur aliquod genus carnium ejusdem generis prope mediam cornam ubi sunt castratiliæ carnes, et non possint vendere, nec macellare Becudinas, nec Caprinas, et sic ubi sunt porcinæ carnes, non possint vendere Castrinas, et sic intelligantur de qualibet genere carnium, ad pœnam bajocorum decem vice qualibet, et pro qualibet contrafacienti, et quilibet possit contrafacientes in prædictis accusare, et denuntiare, et credatur suo juramento, et habeat tertiam partem pœnæ, et Vicarius d. Castri possit ex suo officio procedere super præd. et si macellarius, et quicunque alius vendens ad minutum vel quomodolibet fuerit repertus tenere falsa pondera incurrat pœnam duorum scutorum pro qualibet vice, quæ pœna non possit excedere summam scutorum decem.

Quod nullus habeat Piscinam in Carbonarijs

Item statut. et ord. quod nullus possit habere foveam vel piscinam in carbonarijs circum circa d.m castrum sine licentia quinque centepositorum d. Castri qui pro tempore fuerint, et qui contrafecerint solvat vice qualibet julium unum, et piscina teneatur implere

Quod nullus Loquatur alta voce ante Ecclesiam

Item stat. et ord. quod nulla persona faciat colloquium, vel rationarium, alta voce dum divina celebrantur officia, ante Ecclesiam s. Petri, et ante Ecc.am s. Mariæ de d.o Castro, et prope d. Ecclesias, ad pœnam unius julij denariorum pro qualibet contrafacienti, et qualibet vice, et de his Vicarius d. Castri possit procedere ex suo officio in delinquentes in præd.

Quod nullus pulset Campanas

Item stat. et ord. quod nulla persona a decem annis supra pulset Campanas alicujus Ecclesiæ d. Castri absque licentia Presbiterorum vel Clericorum dictarum Ecclesiarum nisi ad Ave Mariam de sero horis consuetis, ad pœnam duorum Carlenorum denariorum pro qualibet, et qualibet vice quæ pœna de nocte duplicatur et Vicarius possit per inquisitionem procedere de uno die tantum de die in diem exceptis festivitatibus Nativitatis Domini, igne rumore, pulsando ad arma, et ad aquariam.

Quod Fontes remundentur

Item stat. et ord. quod formæ de piscinis, et omnes aliæ fontes evacuentur, et aptentur, per adiacentes Loci, ad petitionem, et voluntatem viariorum qui pro tempore erunt, et hoc faciant post aperturam præsentis statuti usque ad festum s. Mariæ de mense augusti, et omni Anno prout erit necesse ad pœnam quinque solidorum denariorum pro qualibet, et nulla persona faciat in dictis piscinis, et fontibus aliquam turpi-

tudinem, ad pœnam duorum Juliorum, et si adiacentes fuerint negligentes in prædi-
tis solvat pro damno bajoccos quatuor pro qualibet, et nihilominus faciant de opus
et remundent dictos fontes, ut dictum est.

Quod Vicarius teneatur fieri facere custodiam

Item statuimus et ord. quod Vicarius qui pro tempore fuerit teneatur, et debe-
at fieri facere custodiam diurnam et nocturnam ad libitum, et voluntatem quin-
que Antepositorum dicti Castri hominibus tangentibus de dicto Castro prout per dictos quin-
que antepositos ordinatum et deliberatum fuerit, et si quis contrafecerit solvat pro dam-
no Carolenum unum, et nihilominus teneatur refacere custodiam et Vicarius qui
pro tempore fuerit possit tollere pœnam pro qualibet puntatura XV denarium usque
in tribus puntaturis a tribus puntaturis supra intelligatur pro custodia non facta
et vicarius prædictus non possit ullo modo concedere licentiam quod non faciat dictam custo-
diam, sine licentia, et voluntate omnium quinque Antepositorum.

Quod major septuaginta annis, et minor quattuordecim non teneantur facere custodiam.

Item statuimus et ord. quod nullus de dicto Castro septuagenarius, vel major septua-
ginta annis deinceps teneatur facere custodiam nocturnam, et nemo possit, neque
debeat dictos talis modo aliquo molestare, sed teneatur tantum facere custodiam
diurnam si ei mandatum fuerit. Declarantes etiam quod nullus de dicto Castro
minor quatuordecim annis ad custodiam aliquam ullo modo cogi possit, sed a
quatuordecim annis supra usque ad septuaginta custodiam diurnam, et nocturnam
facere teneantur, sic etiam quinque Antepositi dicti Castri non teneantur facere
aliquam custodiam, durante tempore eorum officij de die, neque de nocte.

Quod formæ viæ Lacus caventur

Item stat. et ord. quod omni anno per totum diem vigesimum Augusti, quindecim
dies septembris caventur, et remundentur formæ viæ Lacus, et nostra forma existens
in plano dicti Castri per adiacentes hominum, et personarum habentium possessiones
juxta ipsas formas ad voluntatem quinque Antepositorum vel vicariorum dicti Castri
ad pœnam unius Julij pro qualibet et qualibet forma, et nihilominus teneatur dictas for-
mas cavare, et remundare ad dictam pœnam, et infra terminum assignandum.

De Tabernarijs vendentibus vinum, et Oleum.

Item statt. et ord. quod quilibet vendens vinum vel oleum ad minutum in d.o Castro, et ejus territorio, teneant et debeant tenere vasa adiustata cum mensuris Communis, et sigillata cum sigillo communis cum plumbo, et ipsa vasa vel aliquod ipsorum non sint rasa ad penam quinque Bajocchorum pro qualibet contrafaciente, et qualibet vice, et quilibet vendens d.m vinum ad minutum in d.o Castro, et ejus territ. debeat tenere Bocaletum, foglièttam mediam, foglièttam adiustatam, et sigillatam ut supra ad penam pred.m pro quolibet vase, que etiam teneantur et debeant mensuras implere usque ad summum, ad penam pred.m pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, et mensura, et si mensuras aliquas minime sigillatas abuerit, vel tenerent in sua taberna solvat Julios octo vice qualibet, et hoc intelligatur in omnibus mensuris. Volumus etiam quod nullus tabernarius nec vinum vendens ad minutum in ejus taberna, retineat vas minus recte sigillatos, ad penam predictam et contrafacientis cuicumque liceat accusare, et accusator habeat medietatem de pene, et Vicarius d.i Castri teneatur vinculo juramenti ipsas tabernas requirere ad minus bis in mense, et pluries si ei videbitur, et delinquentes in predictis punire et condemnare:

Quod quilibet teneatur facere ortum

Item statt. et ordi. quod quilibet familaris de d.o Castro qui nunc est, et fuerit pro tempore, teneatur, et debeat facere ortum annuatim in kalendis mensis Decembris usque ad kalendas mensis Februarij continendo in d.o orto, seu ortis infra olera et acumina videlicet ad minus centenarium alliorum, et unam bonam porcam cipolline ad minus Caules lattucas et petrosimbulum, ad penam duorum Carolenorum pro qualibet contrafaciente et qualibet anno, exceptis Petri nis viduis non habentibus in domo hominem majorem duodecim annis, et de d.a porca cipolline debeat facere ortum separum in tenimento dicti Castri ad dictam penam.

Quod nullus faciat Cesas intus has fenaitas

Item statt. et ord. quod nulla Persona audeat vel presumat in Montibus Communis videlicet inter has fenailas facere, neque incidere Cesam, neque carbonem, nec aliquod laboritium facere scilicet quercu que dicitur la Cerqua di Stancione posita super possessionem Julianti Rome in voc. Saviano, et vadit per fossatum vallis S. Luci, et vadit ad fossatum grebreri, et a d.o fossato vadit ad fossatum vallis ficus, et d.m fossatum vadit ad viam rectam que pergit per pedem montium vallis ficus versus Stirparum quod olim fuit parrabi sultus Palumbariam presentij Matthei, et a d.o Sterparo pergit ad pedem ragnatoriorum Collis fontis, et recte vadit ad supradictum quercus Stanconi excepto quod possessiones laboratius que ad presens laborantur supra, et ultra fossum grebueri, de possessione laborare possint absque aliqua pena.

Item nulla persona audeat, vel presumat in Bonis Communis positis ultra flumen

nigre videlicet inter has fenestas facere, neque incidere Cesam neque Carbonem, nec aliquod Laboritium facere neque incidere aliquones causa faciendi fistarum videlicet a Castro Rochę Acarine destructę et pergit recte per Collem, quod dicitur Colle la Croce per sesimen Collis sursum, et vadit ad pennam Corbi et pergit sursum Cacumen Montis Volegi, et descendit recte per semen Collis et vadit per Planities Communis videlicet a Campo Santi Angeli recte ad Cavolam et ad Rochettam Marmoream, et a dicta Rochetta recte ad ripam marmoream, et vadit per dictam ripam, usque ad torrentem versus flumen Nigre. Item nulla Persona audeat vel presumat in bonis Communis positis inter has fenestas facere nec incidere Cesam, nec Carbonem, nec aliquod laboritium facere videlicet a fossato Peloni, et vadit per viam rectam qua itur ad ragnatoria Collis Certię, et vadit per bona Communis posita in voc. ubi dicitur Campo di Loro, et vadit per viam rectam ad caput ragnatoriorum Domitę, et pergit versus flumen Nigre, mittendo intus totum planum Molennini veteris, ac etiam nulla Persona audeat, vel presumat in bonis Comunis positis ultra flumen, et in voc. Collitine inter has fenestas facere, neque incidere Cesam, neque Carbonem, nec aliquod laboritium facere videlicet a possessione S. Cecilię, et vadit sursum per pennam Podij Podij, et vadit sursum ad Carbonarias Podij, et a dictis Carbonarijs vadit recte ad laboritium heredum, et filior. Ciccij per Colę de Turre, et exit, et vadit recte ad viam, seu fossatum vallis vię, et per viam vallis vię qua itur per pedem Podij versus viam Monasterij ad supradictam possessionem S. Cecilię, et si quis contrafecerit in predictis et qualibet predictorum incurrat penam solidorum duorum, et unius Cannę Muri fiende in Muris, et super Muros dicti Castri pro qualibet, et qualibet vice, et Vicarius qui pro tempore fuerit possit contra delinquentes in predictis, et quolibet predictorum ex suo officio per inquisitionem procedere, et repertos culpabiles punire, et condemnare.

Quod nulli liceat proicere turpitudinem in stradis publicis.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat, vel presumat proicere vel facere aliquam turpitudinem, nec terrapinum per stradas publicas, videlicet intus dictum Castrum neque proicere aquam ab aliqua fenestra, seu ostio in dictis stradis, ad penam quinque solidorum pro qualibet contrafaciente et qualibet vice, et Vicarius dicti Castri contra delinquentes possit ex suo officio procedere, et liceat cuique recolligere lutum sive pantanum in dictis stradis, et d.m lutum accumulare ad muros eorum impune.

Quod quicunque ponat possessionem in Catasto suo

Item stat. et ord. quod quicunque de d.o Castro, vel aliunde vendiderit, vel quomodolibet alienaverit, vel in dotem dederit aliquam possessionem positam in territorio d.i Castri quod talis venditor, vel alienator teneat, et debeat dictam possessionem de suo Catasto facere elevare, et similiter Emptor, et acceptor dictę possessionis debeat, et teneat ponere, et scribi facere d.m possessionem in suo Catasto in termino viginti dierum proxime futurorum a die factę alienationis vel venditionis predictę, vel postquam intraverit possessionem ad penam duorum Bajocorum pro qualibet parte, et qualibet possessione et in

predictis fuerit negligentes, et pred.a fiant, et scribantur per Notarium Communis dicti
Castri, et Vicarius dicti Castri possit super premissis procedere ex officio.

De Pignoribus recolligendis.

Item stat. et ord. quod omnia pignora que ad manus Vicarij d. Castri pervenerint quod ipse
Vicarius ipsa pignora vendere, nec subpignorare minus possit nisi primo in terminum viginti
dierum ter bandire fecerit quod ipsa pignora debeant recolligi, quo tempore elapso Vicarius
pred.s possit d.a pignora vendere, vel pignorare pro quantitate qua jacuerint, et si plus ven-
diderit restituat domino rei, et si vero minus ille cujus essent pignora ipsi Officiali adim-
plere teneatur.

De Muliere male fame

Item stat.us et ord. quod nulla mulier male fame forensis, videlicet publica meretrix pos-
sit, vel debeat morari intus d.m Castrum ultra unam diem ad penam duorum solido-
rum pro quolibet dictam mulierem receptaverint, vel retinuerit ad d.m penam tene-
atur pro quolt die, et qualibet nocte.

De Textricibus

Item stat.us et ord. quod textrices morantes in d.o Castro Ursino faciant eis solvi pro
textura pannorum modo, et forma infris videlicet, pro quolibet brachio panni lini
vel canape de decem ligaminibus, abeat quatuor quatrenos, de panno de novem ligami-
nibus accipiat quatrenos tres, de panno octo ligaminibus videlicet paucis accipiat quatrenos
duos cum dimidio de panno xi et xij: ligaminibus accipiat quatrenos quinque, pro quolibet
brachio tobaliarum quatrenos sex, pro quolibet brachio tobaliarum largarum orrama-
rum abeant quatrenos septem, et debeant texere bene, et legaliter, et debeant texere primo
personis dicti Castri quam forensibus, et que contrafecerit in predictis, vel aliquo predictorum
solvat vice qualibet fulcos duos, et Vicarius qui fuerit pro tempore possit de omnibus conten-
tis in d.o Capitulo ex suo officio procedere, et si dicte textrices plus acceperit nihilominus
solvant d.m penam et quacumque dictarum textricium contenta in d.o Capitulo facere re-
cusaverit, debeat telam deguastare, et in spatium quindecim dierum, et quod Vicarius predictus
dictis textricibus vel alicui ipsarum de predictis licentiam concedere non debeat et si concesse-
rit non valeat ullo jure.

De facientibus Fornauchiam

Item statuimus et ord. quod quicumque fecerit fornauchiam seu fornacem de lignis mon-
tium Communis in territorio d. Castri, videlicet Calces, et miserit ultra triginta salmas ligno-
rum Communis de quibus stetur juramento facientis fornacem predictam, si miserit plu-
res salmas de dictis lignis teneatur, dare et assignare Camerario Communis quinque sal-

mas calcium pro qualibet fornacchia ad penam unius Julij pro quolibet et qualibet vice, et qualibet fornacchia, et nihilominus dd. quinque salmas calcium dare, et assignare teneantur ad petitionem, et voluntatem quinque antepositorum d. Castri, et si fuerint passum de fornacchie, in bonis d. Communis, vel coqueret d.m fornacem de lignis Communis, teneantur dare d. Camerario ut sup.a decem salmas calcium, non obstante quod non fuerint passum in bonis d. Communis ad d. penam.

Quod nulla Mulier eat post Corpus Mortui.

Item stat. et ord. quod nulla Mulier vadat ad Ecclesiam s. Petri, vel ad aliam Ecclesiam de d.o Castro post corpus Mortui vel Cadaver, vel ipsam Ecclesiam intrare dum corpus mortui intus iacet non sepultum, et donec Cadaver erit in Domo, nulla mulier possit exire extra portam domus excapillata ad penam unius Julij pro qualibet.

Quod nemo habeat Domum copertam saginalibus

Item stat. et ord. quod nulla Persona de d.o Castro possit habere Domum copertam Paleis, scarsis, vel saginalibus intus d.m Castrum, ad penam bajoccorum quinque pro qualibet contrafaciente, et nihilominus ipsam coperturam relevare teneatur ad d.m penam.

De guastantibus sedilia Portarum, et Murorum.

Item stat. et ord. quod sedilia portarum s. Petri, et Sancti Nicolai manuteneantur per Camerarium Communis, et nemo audeat ipsa devastare ad penam quatraginta bajoccorum pro qualibet contrafaciente, et qualibet vice, ac etiam nulla Persona audeat devastare muros Communis, nec facere aliquod foramen, ad d.m penam, et nihil contrafacientes vel devastans ipsa sedilia, et muros debeat reficere suis expensis, ad d.m penam, et credatur unicuique accusatori, et habeat tertiam partem pene.

De projicientibus turpitudinem, seu terrapinum prope Carbonarias

Item stat. et ord. quod nulla Persona audeat vel presumat projicere in carbonarijs existentibus circum circa dictum Castrum terrapinum, lapides, nec immunditias aliquas, nec fodere lapides in dictis carbonarijs, nec in porta s. Petri, nec extra Portam s. Nicolai extra d.m Portam ad XX passus ab omni parte, nec inter muros, et carbonarias ad penam, et sub pena, pro qualibet, et vice qualibet Juliorum octo, et quod projecerint debeant elevare ad dictam penam excepto quod a Turrione Zuccaroni, usque ad Turrionem Ficaroni, unicuique liceat projicere bestias mortuas impune, et Vicarius d.

Castri possit contra delinquentes per inquisitionem procedere ex suo officio, ad repertos cul-
pabiles punire, et condemnare.

De occellantibus cum lumine et Campana

Item statuimus et ordinamus quod nulla Persona possit ire de nocte ad occellandum in pos-
sessionibus Comunanzis, et specialium personarum possint in tenimento dicti Castri, et extra teni-
mentum positis dictarum Personarum cum lumine et Campana, et aliis istrumentis
aptis ad capiendum turdos, et alias aves cum campana, ad penam viginti juliorum, pro
qualibet contrafaciente, et qualibet vice, et Vicarius dicti Castri possit contra delinquentes
per inquisitionem procedere ex suo officio, et executor habeat octavam partem penæ.

Quod nullus possit retinere Bestias Minutas

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscunque conditionis existat, audeat vel
presumat quoquo modo, vel quesito colore retinere in dicto Castro, nec ejus Territorio et
districtu Bestias minutas videlicet Capras, scrofas, Porcos, Becudes, Castratos, agnos, nec
aliquod genus dictarum Bestiarum, ad penam, et sub pena juliorum duorum, pro qualibet
bestia, et qualibet bestia, et qualibet vice, et qualibet die, et nihilominus de mandato Vica-
rii, et quinque Antepositorum dicti Castri, si quis inventus fuerit retinere aliquas dictarum
bestiarum debeat removere de dicto tenimento ad penam predictam pro qualibet dictarum bestia-
rum et pro qualibet die postquam per dictum Vicarium, et antepositos mandatum fuerit
excepto quod macellarii qui macellant omni die possint retinere impune usque in vigin-
ti Castratos, viginti agnos, duem Porcos dummodo non vadant extra dictum Castrum
nisi ad beverandum in Carbonariis dicti Castri, vel ad fontes, dummodo non vadant ad
pasculandum per Territorium dicti Castri, et infra Cantones becchos Capras quando macel-
lantur de dictis carnibus, et quando non macellant de dictis carnibus omni die Saba-
thi, et retinuerint excepto etiam quod quicunque venerit seu duxerit Porcos in dicto Cas-
tro causa vendendi pro insalare, quod possint tenere et stare in dicto Castro, et prope dictum
Castrum in Carbonariis donec invenerit per quinque dies, et non ultra causa vendendi pro
insalare tantum, statuentes insuper quod liceat unicuique in dicto Castro tenere Porcos in
dicto Castro causa allevandi, et ingrassandi pro sua domo tantum quos debeat tenere clausos,
sive ligatos in domibus eorum, adeo quod non possint ire per dictum Castrum ad penam duorum
bajocorum pro quolibet contrafaciente, et quolibet porco, et qualibet vice qua inventus sive
accusatus fuerit ire per dictum Castrum, et Vicarius dicti Castri possit in predictis, et quolibet
predictorum per inquisitionem, ex suo officio procedere contra delinquentes.

Quod nullus eat per dictum Castrum post tertiam horam noctis.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat ire per dictum Castrum
de nocte post tertiam horam noctis, sine lumine, ad penam trium juliorum pro

qualibet persona, et qualibet vice, et vicarius d.i Castri possit ex suo officio procedere per inquisitionem, et teneatur inquirere et rimare per d.m Castrum, et delinquentes punire, et condemnare.

De guastantibus ussiamina seu arnas aporum

Item stat.us et ord.s quod si quis devastaverit, aut perticaverit aliquem cupellum, seu arnam aporum, seu apiam, et arborem in qua apes seu ussiamen intus extiterent in d.o Castro Collis Altis, et Turris vel ejus Territorio in solidis duobus vice qualibet, et pro qualibet cupello et qualibet arbore piuniatur, et faciat unam cannam muri, juxta muro d.i Castri, et ad emendationem scilicet unius ducati auri pro qualib.t cupello, et qualibet arbore peritus cupellar.m

Quod nemo aratrum alienum portet.

Item stat.us et ord.s quod nullus accipiat aratrum alienum de aliquo loco sine volunt.e illius cujus esset et si acceperit, et illa die non reportaverit unde accepit, solvat pro qualibet vice bajocos duos, et emendet damnum domino rei ut suo declaraverit juramento usq.e in bajoctis duobus pro qualibet die qua steterit in mora reportandi d.m aratrum; et si acceptator d.i aratri notificaverit domino d.i aratri non teneatur ad emendam damni.

Finis Libri Tertij.

Liber Quartus
Damnorum datorum

De colligentibus fructos alienos

Item stat.us et ord.s quod si quis colligerit uvas de pergulis domesticis idest consuetis appuntare, et vindembiare solvat de die bajocos duos, et octo, et de nocte duplum si quis vero colligerit nuces, ficus, mela, pira, et alios fructus de quibuscumque albo ribus solvat bajocos quatuor de die, de nocte solvat bajocos octo, si sine licentia domini dictorum fructuum, et emendet damnum in duplo domino rei et suo declaraverit juramento, et si aliquis inventus, sive accusatus fuerit portare ultra duos lapsos uvarum, solvat pro qualibet lapso quinque solidos, seu bajocos duos usque ad quinque lapsos, a quinque lapsis supra solvat carolenum unum pro qualibet lapso et eadem pena incurrat de agresta.

De Bestiis grossis vel minutis damnum dantibus

Item statuimus et ordinamus, quod si Bos, Asinus, Porcus, jumentum, Mulus, et hijs similia damnum dederit in Vineis vel Virgultis solvat vice qualibet bestia bajocos duos, et si damnum dederit a kalendis mensis Aprilis usque ad kalendas mensis Decembris, solvat Dominus dictarum bestiarum pro qualibet bestia, et qualibet vice bajocos quatuor, et de nocte duplicetur pena, sed si studiose miserit aliquam dictarum bestiarum in dictis vineis per gutatis solvat bajocos sexdecim pro qualibet bestia, et qualibet vice de nocte, et de die vero solvat medietatem, si in canapina, lino, canepa, cannuti, et horto, et si hortus esset alicujus apparaminis circumdatus, solvat pro qualibet vice bajocos quatuor. Si vero damnum dederit in olivis, vel prato, vel aliqua possessione guardata, vel ghiffata, vel in aliquo genere bladorum, solvat pro qualibet et qualibet vice bajocum unum, et si damnum dederit in aliquo genere dictorum bladorum a kalendis mensis Martii usque ad kalendas mensis Junij solvat pro qualibet bestia, et qualibet vice bajocos duos, et de nocte duplicetur pena, et si studiose appensate damnum dederit in dictis bladis et locis solvat bajocos quatuor pro qualibet bestia, et qualibet vice, de nocte duplicetur pena. Si vero bestie minute damnum dederint in predictis bladis, et pratis usque in decem bestiis minutis supradictis solvat pro qualibet Marcha Julium unum, sed si dicte bestie minute damnum dederint in aliquo genere dictorum bladorum, a kalendis mensis Martij usque ad kalendas mensis Junij solvant duplum dictarum penarum, et si vero dicte bestie minute, vel grosse damnum dederint in aliquo sodo, et accusate fuerint per dominum rei, solvat pro qualibet bestia bajocum medium, et sodum intelligatur illud territorium quod non fuit cultum per duos annos continuos preteritos a die facte accusationis. De aliis supradictis credatur juramento Bajuli secreti.

Statuentes insuper quod si dicte bestie grosse damnum dederint in metas, vel mannocchiarias, sive ad mannocchios, solvat pro qualibet bestia, et qualibet vice, bajocos duos, et si de bestie minute damnum darent in dictis metis, seu mannocchiis solvant bajocum unum: Adiicientes quod nulla persona audeat, vel presumat mittere aliquam supradictarum bestiarum in mannocchiarias sedent in campis ad penam duorum bajocorum, et si damnum dederit in mannocchiarijs solvant bajocos octo, pro qualibet bestia, et qualibet vice, et in omnibus supradictis emendet damnum domino rei in duplum, de quo stetur juramento damnum passi, usque in decem solidos seu bajocos quatuor ab inde supra, ponantur extimatores testimonio quorum stetur et de nocte omnes supradicte pene duplicentur.

Quod nullus colligat Crocum alienum

Item statuimus et ordinamus quod si quis colligerit Crocum alienum de nocte, solvat pro banno bajocos sexdecim, si de die colligerit, solvat medietatem pene et emendet damnum domini rei in duplum ut sic declaraverit juramento cum taxatione duorum hominum ponendorum per utranque partem.

Quod nullus faciat viam novam

Item stat. et ord. quod si quis fuerit trajectam seu viam novam, vel traversaverit per possessionem illius, cujus esset possessio, quod solvat vice qualibet qua transitum fecerit bajocos duos si extiterit accusatus fuerit, vel denunciatus fuerit, et non possit accusari nisi a decem diebus dicti transitus vel viae novae factae quibus diebus elapsis accusari non possit transiens sed si quis transitum vel trajectam fuerit per possessiones seminatas cum bestiis, solvat bajocos quatuor pro qualibet vice, et qualibet bestia, sed si per Dominum rei fuerit inhibitum solvat bajocos quatuor pro qualibet vice, et si quis transierit per aliquam possessionem bladatam solvat bajocos duos.

Quod Bestiae minutae non possint pasculare in plano

Item stat. et ord. quod bestiae minutae non possint nec debeant pasculari in Plano, seu Lacu d. Castri, et si quis contrafecerit solvat pro qualibet bestia bajocum unum usque in quinque bestiis ab inde supra, solvat pro macta qualibet vice bajocos octo, sed si bestiae forensium pascularent in d. Plano dominus solvat pro qualibet bestia bajocos duos usque in quinque bestiis minutis ab inde supra intelligatur pro macta, et solvat pro macta bajocos sexdecim pro qualibet vice.

Quod nullus incidat scotanum in Montibus Communis.

Item stat. et ord. quod nullus incidat in montibus Communis, neque in bonis Specialium Personarum aliquorum pro faciendo scotanum, nec faciat in dictis montibus Carbonum, ad poenam octo bajocorum pro qualibet vice, et emendet damnum Domini rei.

Quod nullus portet Paleas vel Fenum

Item stat. et ord. quod nulla persona auferat nec exportet, vel auferri aut exportari faciat Paleas, Fenum Milliarinam Panicalem et Vimina aliena, sine voluntate illius cujus esset si quis contrafecerit vel abstulerit, solvat pro banno bajocos octo, et damnum emendet Domino rei in duplo, ut suo declaraverit juramento, et si de nocte duplicetur poena.

De Columbis et Pullis Damnum Dantibus

Item stat. et ordinamus quod quicunque de d. Castro habuerit Columbas intus, et extra d. Castrum, et si columbi damnum dederint alicui, quod ille cujus sunt solvat pro banno, pro qualibet Macta bajocos duos, et damnum emendet in duplum Domino rei, ut suo declaraverit juramento, et pulli damnum dantes, et Columbi usque in sex pullos

seu Columbos bajoccum medium pro qualibet pullo, et ab inde supra solvat pro qualibet vice bajocos duos et emendet damnum ut dic-
tum est.

Quod nullus occidat Columbos seu Pallinas

Item statuimus et ordinamus quod nullus audeat occidere Columbas seu Pallinas, seu pullos alienos et si quis occiderit solvat pro banno julios quinque pro qualibet, et emendet damnum patienti in duplum et credatur juramento damnum passi:

Quod nullus intret vineam alienam et Canes portent uncinum

Item statuimus et ord. quod nullus audeat intrare vineam alienam a ka-
lendis mensis augusti, usque ad decem diem intrantis mensis octobris, nec per ipsum tempus sine licentia illius cujus est vinea, ad penam quatuor bajoc-
corum, et ad eandem penam teneatur ille qui iverit intra pergulatas, et possessi-
nem in qua sunt pergulati, et arbores cum vitibus pro qualibet persona, et qualibet vice, et de nocte duplicetur pena, et credat accusationi domini rei, et capitulum istud bandiatur omni anno in kalendis mensis augusti, statuentes insuper quod canes debeant d.o tempore portare uncinum lignum tantum quod debeat d.o uncinus tangere terram aliquantulum dum ambulat, ad penam decem solidorum, seu bajocos quatuor pro qualibet Cane, et qualibet vice qua fu-
erit accusatus sive inventus per vicarium d.i Castri; et uncinum d.i unci-
coni debeat esse longum unum palmum vel circa, et domini, et padroni Ca-
nium teneantur ad d.o penam exceptis caniculis parvis, qui non teneantur ad penam et nullus dicto tempore possit nec debeat intrare per vineas d.i Castri, et possessiones pred.s cum Cane ad d.m penam quatuor Bajoccorum

Quod nulla Persona incidat juxta Ragnatoria

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat, vel presumat incidere aliquam arborem juxta, et prope ragnatoria Communis, et specialium perso-
narum prope ad decem passa brachiorum, ad penam juliorum quatuor pro quali-
bet contrafaciente, et qualibet vice, et emendet damnum domino rei.

Quod nulla Persona mittat Bestias in Ecclesijs

Item statuimus et ordinamus quod nulla Persona audeat vel presumat mittere aliquas bestias in aliqua Ecclesia intus et extra d.ti Castrum ad penam Bajorum bajocorum pro qualibet, et qualibet bestia, excepto tempore pluviarum grandinarum et aliarum formarum quibus temporibus non tendat ad penam.

De pena Forensis damnum dantis

Item statuimus et ord. quod si quis forensis personaliter, vel cum bestiis damnum dederit in possessionibus hominum d.i Castri, vel alicujus ipsorum, teneatur solvere duplum pene quam solverint terrigine d.i Castri quicunque de d.o Castro possidet aut cum bestiis damnum inferre contigerit in possessionibus terre vel Castri talis forensis, et damnum emendare teneantur et cuilibet liceat bestias talis damnum dantis ducere et Curie d.i Castri presentare, et assignare eo dies quo inventa fuerint damnum intulisse.

De pena ucellantis in ragnatorio alieno.

Item stat. et ord. quod nulla persona audeat, vel presumat uccellare, vel ragnas, sive setia spandere, vel tendere in possessione, sive ragnatorio alieno, sive licentia domini possessionis ragnatorij sub pena unius solidi pro qualibet contrafaciente, et qualibet vice, et restituat turdos, et aves quos acceperit domino Rei.

De pena damnum dantis ad Paleare vites et Plantones.

Item stat. et ord. quod nulla Persona audeat mittere aliquam bestiam in vites, et Plantones, et in casali ficuum in possessione arborato cum vitibus et si quis contrafecerit solvat pro Banno bajocum unum cum dimidio pro qualibet bestia, et qualibet vice si accusatus fuerit per dominum rei, ac etiam nulla Persona audeat dare damnum cum bestiis ad aliquod Paleare palearum, sive feni ad dictam penam pro qualibet bestia, et qualibet vice.

De pena sparantis aliquam possessionem

Item stat.s et ord. quod nulla persona audeat separare aliquam possessionem, neque exportare aliquam perticam, passonem, vel aliquod apposimen, apparatum ad aliquam possessionem ad penam quatuor bajoucorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, et nihilominus teneatur dictam possessionem reaptare, et passones et perticas reponere in illo loco, de quo exportavit ad dictam penam.

De pena extorquentis aquam de suo cursu

Item stat.s et ordinamus quod nulla persona possit, nec sibi liceat extorquere aquam vel aliquem cursum aquarum de suo proprio, et consueto cursu ad penam bajoucorum octo et nihilominus teneatur d.m cursum aquarum reducere per suum proprium, et consuetum cursum, et in pristinum statum reducere ad dictam penam, et etiam nulla persona proiciat, nec derivat sulcum, nec formam faciat versus possessionem sui vicini, ut aqua vadat versus possessionem, et super possessionem sui convicini, ad penam quatuor bajoucorum pro quolibet sulco, et d.m sulcum, et formam debeat reimplere ad petitionem petentis, ad penam suprad.m

Quod nullus incidat in Monte de Valle

Item stat.s et ord. quod nulla persona audeat incidere in Monte de valle, ultra et versus Vallem cupam sine licentia Curiæ d.i Castri ad penam sexdecim bajocorum, et nullus possit facere laborituum aliquod, neque cesam aliquam in bonis Communis existentibus in d.o Monte, ad penam sulcorum octo.

Quod nullus faciat herbam in bladis alienis

Item stat.s et ord. quod quicunque fecerit erbam in blado alieno, sine licentia illius cuius esset bladum a Kalendis mensis aprilis usque ad Kalendas julii solvat pro pena bajocos duos, et ad eamdem penam teneatur ille qui fecerit erbam in canapis, et fabis alienis, sed si fecerit de voluntate domini rei nihil solvat, et credatur juramento domini dictarum rerum sine aliqua probatione.

Quod nullus portet Palos, et Ligna.

Item Stat.ti et ordinamus quod nullus exportet Palos et ligna fueras Vedagnolas, Cannas, Perticas de vineis alienis, et Verguletis, et Canneti, et qui contra fuerit solva pro banno bajoccos otto de die, de nocte vero solvat duplum predictæ penæ et nullus exportet de aliquo loco dictos Palos fuerias, Vedagnolos, Cannas Perticas, et ligna facta, nisi de mense Februarii, Martii et Aprilis, ad penam quatuor bajoccorum et damnum emendet domino rei in duplo, et quinque antepositi d.i Castri faciant Custodes, sive bajulos qui denunciant deliquentes in predictis Vicario dicte Curie d.e Castri.

Quod eligantur denunciatores, seu Bajuli super damnis datis

Item Statutis et ord. quod quinque antepositi d.i Castri debeant eligere in introitu eorum offitij quindecim bajulos sive Denunciatores videlicet tres pro qualibet dictorum quinque, ad denunciandum et accusandum homines, et omnes personas, et bestias damnum dantes per se solo sive cum bestijs, in possessionibus omnium d.i Castri positis in Territorio, et extra Territorium d.i Castri omni tempore dumerunt bajuli, et viderint omnes colligentes Uvas, ficus, Nuces olivas, alia, upas et omnes alios fructus, et omnes alios damnum dantes in quacumque re in bonis alienis quibus bajulis, et denunciatoribus secretis, vel non secretis, factis vel non fiendis per quinque antepositos d.i Castri, et scriptis manu Notarij Communis de quibuscunque delictis detur plena fides, et credatur juramento dictorum bajulorum, et si aliquis fuerit accusatus seu denunciatus ad dictis bajulis coram Vicario d.i Castri, et senserit se gravatum ad petitionem illius qui senserit se gravatum debeat de bajulum iterum examinari per Notarium Communis vel per unum de quinque antepositis d.i Castri ad voluntatem accusati ad hoc ut non committatur deceptio, vel fraus, et si bajuli non essent electi per quinque antepositos, et scripti manu dicti Notarij Communis non detur fides aliqua, et ullo modo possint accusare vel denunciare.

De pena facientis frondes in vineis, et arboribus alienis

25v

Item statu[i]t et ord[inavi]t quod nulla Persona audeat vel presumat, facere vel fieri facere frondes de vineis seu pergulatis alienis, vel fagino, ne de aliis arboribus alienis, sine licentia domini, et qui contrafuerit in bajochis duobus vice qualibet puniatur, et damnum quod fuerit emendare teneatur si per dominum vel fuerit reclamatum sive accusatum;

Quod Vicarius debeat petere penas in damnis datis

Item statu[i]t et ord[inavi]t quod Vicarius d[ict]i Castri qui pro tempore fuerit teneatur, et debeat petere omnes, et singulas penas damnorum datorum in quibus homines, et Persone d[ict]i Castri incurserint et fierent futuris temporibus infra terminum decem dierum a die fac[t]e accusationis, seu denuntiationis, sive accus[ationis] et si in d[ict]o tempus d[ictus] Vicarius non petierit d[ict]as penas, et notas fecerit delinquentibus qualiter fuerunt accusati de tali loco re, et exigere non possit ullo modo.

Quod Vicarius non possit procedere in damnis datis nisi per accusam

Item statu[i]t et ord[inavi]t quod Vicarius qui pro tempore fuerit n[on] possit procedere super damnis datis nisi per denuntiatione vel accusationem excepto quod si per arengam vel Consilium d[ict]i Castri fuerit aliter provisum, et deliberatum qui denuntiator vel accusator juret ad sancta Dei Evangelia ad delationem d[ict]i Vicarii, quod dictam accusam animo calumnie non fecit nec produxit nec possit procedere contra delinquentes ab uno mense elapsan damnis datis, sed delinquentes puniantur prout in Capitulis presentis statuti loquentis de damnis datis Latius contractar.

Quod quilibet debeat petere extimationem in damnis datis in unum Annum.

Item statu[i]t et ord[inavi]t quod si quis receperit aliquod damnum in damnis

datis, et Dominus damnum extimare fecerit, debeat dictam extimationem petere, et sibi solvi facere infra unum annum a die facte extimationis dicti damni; et elapso dicto anno dictam extimationem plus petere non possit, et Vicarius qui pro tempore fuerit non teneatur ei facere jus elapso dicto anno, sed si petierit et probare poterit petiisse, tunc possit exigere non obstante quod annus sit elapsus.

Quod in Damnis datis sufficiat dictum unius Testi.

Item statuimus et ordinamus, quod in qualibet damno dato tam a bestiis quam a personis, sufficiat dictum unius testis de visu, nullus autem possit de uno reclamo quamvis sit a pluribus diebus extra accusatus, vel a pluribus testibus nisi tantum unam penam, seu bannum solverit, et Vicarius teneatur praesens capitulum omnibus observare, et observari facere vinculo Juramenti.

Quod quilibet possit accusare cum suo juramento

Item statuimus et ordinamus, quod quilibet in damnis datis tantum credatur suo juramento de damno sibi illato usque in bajocos quatuor, et in similem penam, et quantitatem si dixerit se vidisse aliquo alio Capitulo non obstante ab inde supra sufficiat dictum unius testis.

Quod nullus colligat olera aliena, cepas, et alia Legumina.

Item statuimus et ordinamus, quod nulla persona colligat olera aliena de orto alieno, acrumina videlicet cepas, alia et alia his similia, solvat pro banno bajocos quatuor de die, de nocte vero duplum si quis vero colligerit de glandibus nucis, olivis, fabis, ciceris, et aliis leguminibus in omnibus supradictis, solvat vice qualibet bajocos quatuor de die, de nocte vero duplum et damnum in duplici emendare teneatur minor tamen decem annorum teneatur ad medietatem pene

26v

Quod nullus mittat Bestias in formis, nec appro- met grano.

Item stat. et ord. quod si quis appropinquaverit aliquam bestiam cujuscumque generis prope et juxta granum, seu aliquod frumentum vel in aliquo limite, vel miserit bestiam aliquam in aliqua forma, vel locis in quibus granum vel aliud genus frumenti staret in possessione juxta limitem, vel formam in bajocchis duobus vice qualibet, et pro qualibet Bestia puniatur.

De damnum dantibus ad mala, et cum Bestiis

Item stat. et ord. quod nullus audeat vel presumat damnum dare cum bestiis ad mala aliena in possessione alicujus existentia videlicet battendo sive pulsando vel cascando d.a mala, et quicumque contrafecerit delinquens puniatur in bajocchis octo, videlicet battendo, vel pulsando pro bestiis tantum, et non aliter, et pro qualibet bestia solvat bajoccos duos.

De abolitione, et revocatione reclami sive accusae damnorum datorum.

Item stat. et ord. quod quandocumque aliquis per iracundiam vel per errorem accusaverit aliquem, sive reclamum fecerit de aliquo damno dato, et infra tres dies proxime futuros immediate sequentes ipsam accusam, sive reclamum revocaverit et abolitionem petierit, quod ipsa abolitio concedatur, et ad ulteriora per Vicarium d.i Castri procedi non possit aliquo modo.

De negantibus nomen.

Item stat. et ord. quod si quis interrogatus fuerit a Vicario, et officiali

di Castri quo nomine vocatur, cujus filius, et de quo loco, et negaverit vel mutaverit nomen suum Patris, vel Patriæ, incurrat pœnam sexdecim bajocorum, et minor decem annorum teneatur ad medietatem dictæ pœnæ.

De pœna non solventis infra mensem Cannas Muri.

Item statu. et ord., quod si quis ad cannas, seu perticas muri facere fuerit condemnatus, et infra mensem a die requisitionis Curiæ non solverit dupli pœna puniatur.

De pœna ponentis manum in statuto

Item statuimus et ordinamus quod si quis manum in statuto apposuerit, aliquid addendo, vel delendo cujuscumque statûs, et conditionis fuerit arbitrio Domini puniatur.

De premio Officialium pœnas exigentium

Item statu. et ord., quod quicumque fuerit qui malefitia exigerit, vel ipsius Domini locumtenens, vel Castri Vicarius pro qualibet libra pecuniarum quam exegerit, solidos tres pro sui laboris mercede consequatur, quæ quantitas de pœna ipsa extrahi debeat et non aliter.

De pœna imponenda Confaloneriis et eorum sociis Curiæ non parentibus

Item statuimus et ordinamus quod tot Confaloneriis electi, et ordinati

pro defensione Curie et justitie per Communitatem Castri, et Ord. locumtenentem vel quolibet alium superiorem qui pro tempore erit teneant, ad quamlibet eorum requisitionem ad penam ducem ducatorum auri parere mandatis superioris, et prefati Confalonerij possint eorum banderarij assignatis iubere per bajulum Communitatis, sub pena unius ducati in auro pro qualibet vice qui contrafecerit.

De Confalonerijs, et socijs aliquem vulnerantibus, vel interficientibus.

Item statuimus et ord. quod si prefati Confalonerij sive ejus banderarij aliquem interfecerint seu vulneraverint, qui cum armis se defendendo nollet parere justitie et obedire prout per superiorem prefatis Confalonerijs impositum fuit ad nullam penam teneatur, et sic impune offendatur.

Quod Confalonerij, et ejus socij portent arma, ut infra

Item statuimus et ord. quod p.ti Conf.ij qui pro tempore erunt omni tempore valeant et possint ferre arma nisi personaliter eis fuerit per superiorem prohibitum, eorum vero Confalonerij socii, vel banderarij tantum eo tempore arma impune portent, quo dominus Castri seu [illegible] in Castro fuerit modo, et forma, ut supradictum.

Quod Confalonerij cum socijs consegnantur unum de decem

Item statuimus et ord. quod pro qualibet ducem exacto per prefatos Confalonerios, et ejus socios, unum consegnantur tam pro ipsa Communitate quam etiam pro Curia, et privatis personis.

Quod Confalonerij de qualibet Libra puniendi relevent uno Bajocco

Item statuimus et ord. quod si ad quam penam praefati Confalonerij fuerint condemnati pro aliquo eorum maleficio, dummodo non capitaliter, vel bonorum confiscationis, quod pro qualibet libra unum Bajochum possint defalcare, et minus solvere ipsi Curiae.

Quod Boves Aratorij portent Campanas cum Tintillis.

Item statuimus et ordinamus quod omnes boves aratorij stantes in Terri(toriis) Collestattis et Turris teneantur portare campanas cum tintillis non apparatas, tam de die quam de nocte, ad penam quatuor bajoc= eorum, et de notte dupplum.

De colligentibus ultra tres racemos uvarum.

Item statuimus et ord. quod si quis colligerit ultra tres racemos uvarum debeat stare per diem integrum ad berlinam, vel per tres dies in Turre et si fuerit femina in domo fraternitatis, quod ullo modo possint illa redimere dummodo non sit minor octo annorum et hoc intelligatur ultra penam pecuniariam, et si bestiae damnum dederint de nocte ad granum, milium, panicum, fasceolos, et alia legumina, et biladas, solvant Julium unum pro qualibet bestia et ad eandem penam teneantur de vitibus, et maliolis, et non habeant locum in arboribus, et vitibus arborum.

In quibus Mensibus Boves possint ire. infra Plantones

Item stat. et ord. quod a kalendis mensis Novembris usque ad kalendas Martij, bestie non possint ire intra Plantonis, sub pena duorum bajocorum, et de nocte duplicetur.

De Colligendis Olivis.

Item stat. et ord. quod si quis Colligerit olivam in possessione aliena solvat julium unum pro qualibet vice, et quod unicuique liceat dare licentiam de suo proprio et quis accusatus fuerit, et allegaverit habuisse licentiam a domino, stetur Juramento ipsius domini cum uno teste, si dederit licentiam, vel non, et de nocte duplicetur pena, et debeat restituere Olivas domino Agri.

De interficientibus Columbos

Item stat. et ord. quod si quis occiderit aliquem columbum de Columbarijs, solvat florenum unum pro qualibet Columbo, et si quis occiderit dictos Columbos in Columbarijs tirando cum balestris, seu schioppo, vel lapidibus, solvat scutos decem, pro qualibet Columbo, et ad eadem penam teneatur tirando cum schioppo, vel Balistam;

De robore Bandimentorum

Item stat. et ord. quod si contingeret dominos dictorum Castrorum facere aliqua Bandimenta, vel ordinamenta, seu Capitula ultra formam statuti ea intelligantur ligare, et tenere per spatium unius anni tantum et debeat describi et annotari in libro Registri curie per manus Cancellarii Communis.

De rebus spectantibus ad Communitatem

Item stat. et ord. quod nullus accoptimator cujuscumque generis accoptimationis liceat ei ullo modo supplicari in consilij, vel communi dictorum Castrorum pro eorum relevationibus in totum vel in partem, et neque quod ipsis diminuantur, vel augeantur Capitula a Coptimationibus facta, sub pena decem ducatorum

auri, et similiter consulentes et arengantes super premissis in favorem accepti-
matorum supplicantium, seu gratiam petentium in scriptis et sine scriptis sub eadem pena pro qualibet consulente arengante, seu proponente quomodo cunque in Consilio generali, seu speciali curie dictorum Castrorum applicandos, et Potestas qui pro tempore erit dictam penam absque alio aliquo processu exigere teneatur alias ad ejus computum ponatur, et de suo salario solvere teneatur et hoc locum habeat in futurum, et perpetuo duraturum.

Finis Libri Quarti.

Maleficiorum

Liber Quintus

Impunitas scelerum bonos exanimat, et e contra malis audaciam prestat et ideo publice utilitatis est ne maleficia maneant impunita, et quos Divinus timor a malo non revocat temporalibus saltem coerceat disciplina et id circo ad purgandum contra malis hominibus super Maleficiis sequendum quod infra positum est sive.

De pena Blasphemantium

Quoniam scriptum est, initium sapientie timor Domini, et alias salmista testante, beatus vir qui timet Dominum, et gravissimum scelus ignoscitur esse contra Bonitatem Dei, et ejus sanctissima Nomina quos apponere idcirco, statuimus et ordinamus quod siquis, Deum, vel unigenitum ejus Filium Jesum Christum, aut Spiritum Sanctum, vel Sanctam Trinitatem blasphemaverit, pena viginti quinque Juliorum pro qualibet vice et qualibet blasphemia sine aliqua diminutione, et

et sine aliquo beneficio preter quam confessionis, puniatur, et ad eandem penam teneri
volumus qui nomen ssme Crucis, vel etiam Gloriose virginis Marie blasphemaverit,
et similiter si contra predicta ssma nomina aliquod vilipendium, et vituperosum
verbum dixerit videlicet dicendo ladro, cornuto, puttana, et his similia qui vero
dixerit ad onta per la sconfitta, per lo sangue, vel per dispettum Dei vel virginis
Marie, solvat medietatem dicte pene qui vero maledixerit s. Petrum, solvat vice quali=
bet Carolenos decem et qui dixerit, ad onta, vel ad dispettum s. Petri solvat Carolenos
tres qui vero maledixerit alios sanctos, vel sanctas Dei, solvat vice qualibet Carole=
nos sex, qui vero dixerit per carnem clavellos, ac sanguinem Dei, vel Virginis Marie,
et his similia solvat vice qualibet Julios octo. De aliis levioribus blasphemiis
nulla persona possit puniri, nisi in unum Julium, et si quis delinquentis accu=
saverit, habeat quartam partem pene vel penarum predictarum, et ad denuncian=
dum predicta fiant denunciatores per quinque antepositos dicti Castri, et qui audiverit
vel presens fuerit contrafacientes hujusmodi teneatur modo predicto accusare cum
uno teste, vel pluribus, ut dictum est, detur plena fides, et accusator habeat quartam
partem pene et Executor habeat aliam partem pene predicte.

De pena inobservantium Festi=
vitate.

Ad laudem, et reverentiam omnipotentis Dei, et Gloriose Virginis Marie
ejus matris, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Celestis Curie a quibus cu=
ncta bona procedunt, statuimus et ordinamus quod sanctas Dies, et festivitates
ssme Virgines Marie videlicet festum purificationis de Mense februarii, festum
annunciationis de mense Martii, festum assumptionis de mense augusti, festum
Nativitatis de Mense septembris, festum Beatissimi Apostoli s. Petri, festum
Beati Joannis de mense Junii, festum Nativitatis Domini cum duobus diebus
sequentibus, festum s. Angeli de Mense Maii, et de mense septembris, festivita=
tes principales duodecim Apostolorum, festum s. Agathe s. Laurentii, festum
Octave Nativitatis Domini, festum Epiphanie, festum veneris sancti, festum Pas=
che Resurrectionis, cum duobus diebus sequentibus, festum s. Martini, et s. Crucis
de Mense Maii, festum ascentionis, et ssmi Corporis Cristi, et Santi Bernardini, festum
Pasche Rosate cum duobus diebus sequentibus festum omnium sanctorum, festum
s. Sebastiani, et festum s. Silvestri, et festum Innocentum, custodiantur, et celebran=
tur, et unusquisque abstineat in dictis festivitatibus ab omni opere faciendo, salvo
quod unicuique liceat in dictis festivitatibus asportare, et facere rodimina pro
bestiis usque in unam salmam rodiminis, vel rodiminum, sine pena, et si quis

contrafecerit in predictis et quolibet predictos solvat vice qualibet Carolenum unum statuentes insuper quod in festivitatibus santi Nicolai, santi Lucie, s. Antonij de mense Januarij, Ligonizare, vangare nec arare alicui liceat, ad dictam penam, et quod nulli liceat in die Dominico aportare vel aportari facere aliquam rem, nec aliquod Exercitium facere ad d.ta penam liceat tantum in omnibus santis festivitatibus pro edificatione bonorum aportare trabes dicentes etiam quod in omnibus festivitatibus supradictis sit licitum unicuique venienti extra territorium d.ti Castri portare salmas cujuscunque generis sine pena, et banno.

Quod nullus audeat offendere facto, seu verbis Dominum, et ejus Officiales

Item statuimus et ord. quod nulla persona audeat vel presumat offendere dare, vel prestare alicui volenti offendere Dominum d.ti Castri, vel ejus officiales auxilium, Consilium, favorem, et qui contrafecerit d.ti Dni voluntate, et arbitrio puniatur, tam prestans auxilium, quam offendens, seu offendere volens, excepto quod si contra vicarium d.ti Castri verba injuriosa protulerit incidat in penam triplicatam, si alium privatum offendisset verbo tantum si vero alios officiales offenderet Communis facto, seu verbis puniatur dupli pena si alium privatum offenderet.

Quod nullus extrahat terminos.

Item statuimus et ordinamus quod siquis, vel si qua dolose extraxerit, seu celaverit terminos existentes inter vicinos, vel vicinas, solvat pro banno pro qualibet termino Julios decem, et ad eandem penam teneatur qui miserit vel mutaverit aliquem terminum &c.

De insulto facto cum armis.

Item statuimus et ord. quod quicunque fecerit insultum, impetum et aggressuram contra aliquem, vel aliquam, movendo se de loco ad locum et

eundo contra eum irato animo, et malo modo, si sine armis, et sine aliqua sanguinis effusione, vel facto, solvat pro banno julios quinque, si vero cum armis, pugione, spada, cultello, et his similibus solvat julios decem, si vero cum partisana, spontone, et alijs armis astatis, solvat julios duodecim, et si insultus fuerit factus ad domum, capannam, aream, aut possessionem propriam insultati, et quod insultans iverit studiose animo insultandi, solvat duplum dictæ pęnę secundum qualitatem insultus, et insultus intelligatur factus ad domum, seu alio loco ut supra si insultans accesserit per unam perticam prope d.m locum.

De percussionibus factis cum armis.

Item statuit et ord. quod siquis aliquem percusserit cum cultello, spada seu spontone, accetta, lancea, clavarina vel quibuscunque alijs ferris publicis, vel metallis ad maleficium committendum a collo infra, si sanguis exiverit solvat pro qualibet percussione scutos sex, et faciat perticam unam muri, si vero sanguis non exiverit, solvat julios viginti, si cum dictis armis percusserit a collo supra et sanguis non exiverit, solvat scutos tres, cum dimidio, et faciat unam cannam muri, si vero percusserit a collo infra cum mazza lignea, asta, bastone, manico accettæ, et his similibus non obstante si in eis vel in aliqua ipsorum ferrum extiterit, et cum ferro non percusserit vel qualibet alia re simili apta ad maleficium committendum, et si sanguis exiverit solvat pęnam dupplicatam, et faciat duas cannas muri. si vero sanguis non exiverit a collo supra, solvat medietatem pęnę. si sanguis exiverit faciam unam cannam muri, a collo vero infra solvat similiter medietatem pęnę. si sanguis exivisset facias mediam cannam muri pro qualibet percussione, et vice qualibet, et si ex percussione quæ fuerit in facie esset remansura, et remanserit cicatrix perpetua et vituperosa, et enormis, solvat pro d.a cicatrice scutos decem ultra pęnam vulneris, et facias duas perticas muri, si vero cicatrix non fuerit vituperosa, et enormis ultra penam vulneris scutos quinque. si vero aliquis amputaverint digitum alicui solvat pro qualibet digito scutos octo de moneta, et faciat unam cannam muri, et si digitus amputatus fuerit pollex solvat scutos duodecim de m.ta, et faciat duas cannas muri et pro digitis pedum teneatur ad medietatem pęnę prędictæ, si vero aliquis amputaverit alicui aurem, solvat scudos duodecim de moneta, et faciat duas cannas muri, si vero inciserit et non amputaverit puniatur juxta qualitatem vulneris habita distinctione de cicatrice ut supra, et faciat unam can-

nam Muri. Si aliquis extraxerit alicui oculum, solvat pro qualibet oculo scutos triginta, et faciat tres Cannas muri, et si ille cui oculus fuerit extractus non haberet nisi illum oculum eo casu extrahens solvat penam duplicatam et faciat sex Cannas Muri. Si autem aliquis et aliqua percussione alicui extraxerit, solvat pro qualibet dente scutos duos cum dimidio de moneta, et faciat duas Cannas Muri, et nihilominus de percussione puniatur de pena statuti ut supra dictum est. Item si quis ex aliqua percussione vel vulnere membrum aliquod alicui debilitaverit, solvat scutos octo de mta, et faciat duas Cannas Muri, ultra penam ordinariam percussionis, et vulneris, et si membrum non fuerit debilitatum in totum, sed in parte impeditum solvat medietatem pene antedq. Si quis autem alteri nasum amputaverit pena scutorum triginta de mta puniatur, et faciat tres Cannas Muri. Si ex percussione vel vulnere sua quis alicui in capite intulerit fuerit secuta fractura ossis, solvat scutos quinque de moneta, et faciat unam Cannam Muri, ultra penam percussionis, et vulneris, ut supra dictum est. De aliis vero vulneribus, et percussionibus non in capite, solvat pro qualibet osso Julios viginti, ultra penam vulneris, et si percussiones in capite fuerint cum fractura seu incisione Cranei, vel Pericranei, solvat percutiens ultra penam vulneris et percussionis scutos octo, et faciat unam Cannam Muri, ultra alias ad quas tenetur ex percussione, et vulnere. Si aliquis alicui manum amputaverit solvat scutos triginta duos de mta, et faciat duas Cannas Muri, si ambas manus solvat scutos septuaginta, et faciat tres Cannas Muri, pro amputatione Pedis, solvat scutos quatraginta, et faciat tres Cannas Muri. Pro amputatione amborum Pedum, solvat scutos Octuaginta et faciat sex Cannas Muri. Quicunque autem commiserit aliquod supradictorum maleficiorum incisionis, et amputationis membrorum, et non solverit penam infra mensem a die facte condemnationis, puniatur pena talionis ita quod in eo quod deliquit ipse puniatur, et condemnetur ad Extremis arbitrio Domini, itaquod malefitia eorum ullo modo remaneant impunita. Pro dislocatione seu dissolutione alicuius membri facta et aliqua percussione veluti spalli, Coste et similium ultra penam percussionis solvant percutiens Julios triginta, et faciat duas Cannas Muri, et in omnibus maleficiis in quibus malefactor non solverit penam infra mensem a die facte condemnationis a Octuaginta Juliis infra stet in carcerem per mensem a Octuaginta Juliis supra usque ad scutum sexaginta si infra mensem penam non solverit, stet in carcere per duos menses, et habeat duas ictus funis a scutum sexaginta Juliis supra puniatur ad penam talionis ut supra arbitrio Domini, et in omnibus percussionibus cum sanguine ubi non est opus medico solvatur medietas pene. In omnibus casibus in quibus quis usus fuerit archibusio in rixa, et non exoneraverit, et non percusserit, puniatur in scutis viginti quinque de mta, si vero percusserit, puniatur, et solvat penam duplicatam pene loquentis de armis.

Usare archibugio in rissa e non sparare s 8 //
Sparo senza offesa s 25. //
Sparo con offesa s 80. //

De percussionibus manu vacua

Item statuit et ord. si quis aliquem percusserit manu vacua a collo supra, et ex percussione sanguis exiverit, solvat Julios sexdecim, et faciat unam cannam muri, et ad eamdem pœnam teneri volumus eum qui alicui dederit alapham in facie etiam quod sanguis non exiverit, si vero in aliis partibus capitis a collo supra sine sanguine solvat medietatem pœnæ. Si quis aliquem injuriose ceperit per personam, non tamen percusserit solvat Julios septem. Si vero quis aliquem extrassinaverit per terram solvat scutos tres, et faciat unam cannam muri. Qui vero impinserit in terram cadere fecerit solvat Julios quindecim, et faciat mediam cannam muri; si vero impinserit, et tamen cadere non fecerit solvat medietatem pœnæ.

De Beneficiis admittendis

Item statuit et ord. quod si quis, vel si qua persona contra quem, seu quam procederetur quoquo modo de quocumque maleficio per Vicarium et Curiam vel officialem d. Castri, et noluerit comparere coram d.o Vicario vel officiali; et maleficium de quo esset inquisitum vel denunciatus sive accusatus fuerit coram d.o Vicario et Curia sponte confiteretur, quod pro beneficio d.e confessionis de pœnam quam solvere teneretur pro ipso delicto quartam partem, misericorditer per d.m Vicarium relaxetur, statuentes etiam quod si pacem fecerit cum eo cum quo rixam habuerit vel illam, et ipsam pacem produxerit per Istrum.d publicum coram d.o Vicario, et ejus curia quandocumque ante sententiam processus fundati, vel formati contra ipsum, vel ipsa pro dicta pace residui d.e pœnæ quarta pars misericorditer relaxetur, tam de maleficiis committend. quam de sterciis muri faciendis, quam etiam de quibuscumque excessibus, et delictis, et si infra decem dies solverit pœnam in qua fuerit condemnatus alia quarta pars misericorditer relaxetur.

De iis qui non possunt solvere pœna exbandiantur.

Item statuit et ord. quod si quis vel si qua, comiserit aliquod ma=

officium in Castro Collestattis, et Curris vel eorum districtu de quo esset per Curiam d.i Castri puniendus, et non haberet unde solvere possit penam ex bandiatur de d.o Castro, et districtu, et ejus bona que reperientur in partem sufficientem, vel condecentem sint hypothecata, et confiscata Curie d.i Castri pro parte, vel pene tangent ad d.m Curiam, et si que bona superessent, et reperirentur in d.o Castro, et ejus districtu, sint hypothecata, et confiscata Camerario Communis d.i Castri pro ipso Communi recipiente pro expensis, seu damnis suis; et hoc intelligatur de hominibus d.i Castri, et si malefactores ut supra comparuerint vel capti fuerint et non haberent unde solvant in pecunia vel ere ponantur in carceribus cum Cippis, et manicis ferreis in quibus permaneant arbitrio Domini.

De Maleficiis extra Territorium

Item statuit et ord., quod si quis, vel si qua de d.o Castro Ursino, sive Collistattis comiserit aliquod maleficium cujuscunque conditionis existat extra d.m Castrum, vel ejus territorium, vel districtum quod in d.o maleficio per Curiam d.i Castri procedatur, et puniatur, nisi fuerit per causam loci in quo comiserit maleficium processum, et punitum, primo quo casu per Curiam Collistattis non possit puniri nisi in residuo pene contente ptis statuto.

De medicamentis reficiendis

Item statuit et ordinamus quod si quis, vel si qua essent percussi ab aliquo quacunque causa et percussione et pacem, et concordiam dare, et reddere voluerit percutienti cum effectu, quod d.s percussor reficere debeat eidem percusso omnes expensas quas fuerint ipse Percussus vel alius pro eo in medicinis tantum cum taxatione quinque Antepositorum d.i Castri.

De committentibus Homicidium in Personam alicujus

Item statuit et ord., quod si quis, vel si qua interfecerit aliquem, vel aliquam Personas de Vassallis prefati Domini d.i Castri, vel de d.o Castro Ursino et Montis Sancte Marie vel aliis locis, et omicidium comiserit puni

32v

tatur pena capitali ita quod moriatur, et si talis homicida non pervenerit ad manus Vicarii, et curiæ d. Castri contra ipsum procedatur ut jura volunt, et nunquam possit stare, nec reverti in dicto Castro, et ejus territorio, nisi habita pace a consanguineis offensi, et obtenta gratia, et remissione a Domino d. Castri statuentes namque quod si quis commiserit homicidium occasione adulterii vel quod Maritus aut Fratres Carnales sive Pater Mulieris comittentes adulterium adulterum, vel adulteram, repertum, vel repertam in adulterio occiderit, vel adulterium manifeste probaverit. Item si aliquis casualiter, vel fortuitu comiserit homicidium cum quo odium, vel injuriam non haberet, et similiter, si quis homicidium faciendo suam defensionem, et id legittime probare poterit, quod in istis tribus casibus istud statutum locum non habeat, sed jura, ut juris fuerit procedere possit, si legittime probatum fuerit contenta in istis tribus casibus.

De furantibus in Castro Collestattis

Item statuimus et ordinamus, quod si quis furatus fuerit in d.o Castro Collestattis, sive Castri Clesni, rem valoris usque in bajocchis decem, et octo, aut ab inde infra, in solidis octo, vice qualibet puniatur, et si quis vero furatus fuerit in d.o Castro rem valoris a decem, et octo bajocchis supra usque in medium Ducatum, in solidis viginti, vice qualibet puniatur, et faciat unam cannam Muri, et si quis vero furatus fuerit in d.o Castro rem valoris a medio Ducato supra usque in unum Ducatum in solidis octo, vice qualibet puniatur et faciat unam cannam Muri super muro d. Castri. Si quis vero furatus fuerit in d.o Castro rem valoris ab uno Ducato supra usque in quinque Ducatis, in solidis sexdecim puniatur, et faciat duas cannas muri super muro d.i Castri. Qui autem furatus furatus fuerit in d.o Castro rem valoris a quinque Ducatis supra usque ad decem Ducatos, in quinquaginta Ducatis vice qualibet puniatur, et faciat tres cannas muri super muro d.i Castri, et si non solverit infra decem dies a die condemnationis computan. fustigetur per d.m Castrum. Si quis vero furatus fuerit in d.o Castro rem valoris a decem Ducatis supra arbitrio Domini puniatur. Si quis autem furatus fuerit extra d.m Castrum rem valoris modo supp.to in medietatem dictarum penarum pecuniarum supra expressatarum vice qualibet puniatur. Si quis furatus fuerit extra d.m Castrum rem valoris a decem Ducatis supra arbitrio d.i Domini puniatur, et in omnibus supradictis Vicarius qui pro tempore fuerit procedere possit ex suo officio, et in omnibus supradictis delinquentes ad emendationem damni penitus condemnentur si intraverit in aliquam domum frangendo ostium clausum, solvat pro pena solidos decem in d.o Castro si extra Castrum medietatem ultra penas pred.e, et de nocte duplicetur pena, si quis

furaverit gallinas vel alios pullos gallinaceos solvat scutum unum pro qualibet, et qualibet vice et si inventus fuerit ultra duas vices furasse gallinas vel pullos ut supra stet per tres dies ad berlinam, et solvat poenam praedictam, et de furto a quatuor scutis infra valoris curia procedat sine querela.

De violantibus aliquam Mulieres.

Item status et ordinamus quod si quis violenter cognoverit aliquam mulierem nuptam vel virginem solvat pro banno scutos quadraginta, et faciat duas cannas muri super muro d. Castri, et si delinquens uxorem non habuerit talem mulierem virginem per ipsum violatam capiat, et capere debeat in uxorem, et ipsi mulieri violatae faciat dotem secundum usum, et consuetudinem d. Castri, et qualitatem delinquentis, et si delinquens uxorem habuerit faciat de suo proprio dotem modo supra d. tali mulieri sic violatae. Si quis vero violenter cognoverit aliquam mulierem viduam in dictam poenam vice qualibet puniatur, et faciat duas cannas muri super muro d. Castri, et si quis intraverit in domo capanna, vel possessione alterius animo carnaliter et violenter aliquam muliere nuptam virginem, vel viduam cognoscendi aut per personam ceperit, et eam non cognoverit, in meditatem poenae vice qualibet puniatur, et faciat unam cannam muri super muro d. Castri, et si quis tentaverit violenter cognoscere aliquam mulierem extra loca supradictae in scutis decem vice qualibet puniatur; et si fuerit mulier malae famae solvat pro banno scutos decem, et in praed. Vicarius et Curia d. Castri, minime sine consensu partis violatae seu offensae procedere possit vel ejus viro aut propinqui oribus consanguineis injuriate, si virum non habuerit quod Vicarius tamen facere non possit sine mandato Domini dicti Castri, et si quis osculatus fuerit aliquam mulierem vel amplexus fuerit per vim in scutis decem puniatur pro qualibet ex istis casibus procedendum ut supra.

De Verbis Iniuriosis.

Item statuimus et ord. quod si quis injuriose et malo modo dixerit alicui, aliquod verbum injuriosum, videlicet menti, per la gola, et cornuto, solvat juleos viginti, et si dixerit falsus, ragiaglioso, patarinus, homicida, fur, latro, periurus, puttana, forniciara, fornicator, filius meretricis, ruffianus, et his similia, solvat pro banno meditatem poenae vice qualibet, et pro qualibet verbo, et de aliis verbis iniuriosis levioribus, et quae pro verbis injuriosis reputari possunt in juleis quinque vice qualibet, et pro qualibet verbo puniatur, et si quis vero rempro veraverit alicui ho-

33v

micidium vel mortem alicujus sui consanguinei mala morte mortui, solvat pro ban-
no vice qualibet Julios Decem, salvo quod supradicta contingerent inter Personas Commu-
tas abitantes ad unum Ignem, et insimul ad unum Panem et Vinum, et invicem mo-
rantes, non teneatur ad aliquam pœnam, et hoc intelligatur inter Patrem, Filium
fratres Carnales, Socerum, et Nurum ac Nurum, et cognatum Carnalem et hoc si
Vicarius d. Castri reclamum sive denuntiatione non habuerit a Patiente, et si
quis dixerit ptae coram Vicario d. Castri, d. Vicarius possit punire delinquentes in duo
plum dictarum pœnarum, ex suo officio, sine reclamo, vel querela, et si quis, vel si
quæ specifice dixerit alicui aliquod adulterium commissum dicendo = va che ti sei ja-
ciuto con il tale, stet carceratus, vel Carcerata per quatuor dies continuos, et ultra
pœnam pecuniariam, et si Mulier erit, stet in Domo fraternitatis S. Mariæ miseri=
cordiæ

De committentibus incendium, vel guastum

Item statuitur et ord. quod si quis studiose, et malo modo miserit ignem in Domo
vel Capanna alicujus in d. Castro, et ejus Territorio ubi personæ vel bestiæ intus
starent solvat pro pœna ducatos quinquaginta auri, si quis studiose, et malo modo i-
gnem in Domo vel Capanna alicujus in d. Castro vel extra Territorium, ubi per-
sonæ vel bestiæ intus non starent et miserit in meta bladi cujuscumque generis sit,
aut in Paleare, vinea, aut possessione alterius comburendo arbores Domesticas, aut
ipsas inciserit in modum guasti in Julis sexdecim vice qualibet puniatur, et faciat
duas Cannas muri super muro d. Castri, et si quis ignem miserit in possessione sua
propria vel conducta videlicet in Cesa, sepe, Stoppiali Lignis et hujusmodi, causa
aptandi suam possessionem, et exinde talis ignis exiverit, et de manibus eum porta-
verit, non dolose, et Domum Capannam seu Paleare, vel metam Bladi alterius
combureret in Julis Decem vice qualibet puniatur, et si quis miserit ignem
in possessione sua, ut dictum est et talis ignis in d. sua possessione contra voluntatem
mittentis ignem exiverit et damnum aliquod in possessione alterius intulerit, et tale
damnum ascenderet ad summam, et quantitatem unius Julij, aut ab inde supra in Julis
quatuor puniatur vice qualibet, sed si tale damnum fuerit ab uno Julio infra
in medietatem pœnæ vice qualibet puniatur. Si quis scienter miserit ignem in Bo-
nis Comunanis, et combureret aliquam silvam Communis d. Castri, in Julis quatuor pu-
niatur, et faciat unam Perticam muri super muro d. Castri, pro qualibet vice et
in omnibus supradictis delinquentes ad emendam damnum passi penitus condemnet, et si
delinquens pœnam solvere non potuerit propter paupertatem et evidenter appare-

vel primo damno in personam delinquentis arbitrio domini Castri puniatur.

De modo procedendi in causis Criminalibus

Item statuimus et ordinamus quod si quis fuerit accusatus de aliquo malefi-
cio, vel contra eum procederetur per inquisitionem vel alio quovis modo de ju-
re pro quocumque casu maleficiorum, vel delictorum per Vicarium d. Castri
faciat illum, vel illam contra quem, seu qua processerit per bajulum Communis
Curiæ d. Castri personaliter vel ad domum ejus solitæ habitationis requiri et citari
duabus vicibus, et citationibus, una die pro altera quarum prima citatur cum ce-
dula continente substantialem effectum et tenorem maleficij, et delicti de quo es-
set inquisitus, vel accusatus, et secunda vice sufficiat sine cedula citare personaliter
vel ad domum ejus solitæ habitationis cum termino trium dierum, a die factæ
citationis proxime futurorum, et cum dimissione cedulæ intra quos dies et terminum
debeat personaliter comparere ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ vel ex-
hibitæ et parendum mandatis d. d. Vicarij, et suæ Curiæ si fuerit vel steterit in d. Ca-
stro, et ejus territorio, et si fuerit absens absentia non affectata, detur ei terminus lon-
gior arbitrio Vicarij, et si non venerit vel comparuerit in d. termino habeatur pro confes-
so, et convicto contra eum, vel eam procedatur tamquam contra merito contumacem
ut requirit, et postulat ordo juris. Volumus insuper quod omnes qui se excusant
ab aliqua inquisitione, vel accusatione antequam recedant, prestare, et dare debeant
bonos, et idoneos fidejussores de parendo mandatis d. Vicarij, et de solvendo condemna-
tionem de eo fiendam occasione d. processum, et quod nemo audiri possit in quocum-
que casu, nisi dederit fidejussorem, ut supra.

Quod Vicarius possit procedere per inquisitionem in infris casibus

Item stat. et ord. quod Vicarius, et officialis d. Castri qui pro tempore fuerit
possit procedere per inquisitionem super infris casibus videlicet, incendijs, furtis, di-
robarijs, percussionibus cum sanguine, et sine sanguine, homicidijs, et guastis factis, et per-
petratis, seu fiendis in d. Castro, et ipsius territorio, et alijs excessibus, et criminalibus atro-

34v

ibus, et gravioribus, in aliis vero casibus seu maleficiis procedi non possit sine accusatione.

Quod Vicarius teneatur formare Processus a quinque Libris supera.

Item statt et ord. quod Vicarius seu officialis d. Castri qui pro tempore fuerit teneatur, et debeant a solidis quatuor supra de qualibet maleficio, et delicto commisso vel committendo in d. Castro, et ejus territorio facere, et fieri facere, et formare Processum et locum non abeat in domnis datis, et non possit nec debeat aliquem constringere ad solvendam aliquam penam pro aliquo delicto seu maleficio, nisi post formatum Processum, et latam sententiam, nec possit pignorari facere, et a quatuor solidis infra d. Vicarius summarie procedere possit sine scriptionis, et figura judicis, ipsa veritate facti, qui omnia locum non habeant in dd., que ad versantur dispositioni superioris proximi capituli circa facultatem procedendi in casibus in eo notatis.

Quod Minores non teneatur ad Penam

Item stat. et ord. quod si quis minor decem annorum committens aliquod maleficium ad penam aliquam minime teneatur, et si delinquens fuerit major decem annorum et que ad etatem quatuordecim annorum in medietate pene pro qualibet delicto, et qualibet vice secundum seriem presentis statuti puniatur.

De Frangentibus Macinam Molendini.

Item stat. et ord. quod quicunque fregerit Macinam molendinorum Domini d. Castri, Canalia, retinere seu domnum ombeverit dictorum molendinorum arbitrio Domini puniatur, et si furatus fuerit, interclusas, naticulas, Cibulos,

coppas quartos tremoja, et fregerit formam, seu cursum aquarum dictorum Molendinorum a Canalibus supra, solvat pro danno unum scutum pro qualibet capsa, et emendet damnum Domino rei, et si de nocte fuerit, solvat duplum dictarum Penarum; statuentes etiam quod si quis, vel si quas moderate vel honeste fregerit dictam formam vel cursum aquę causa mittendi aquam in Burgo tam macerandi Canepam, vel temperandi possessionem, ad pęnam aliquam non teneatur, quam fractionem honestam facere non possit absque licentia Vicarij, alias teneatur ut supra.

Quod Vicarius possit pęnam imponere ad tollendas Rixas vel Mischias

Item Status et ord. quod in rixis mischiis seu questionibus, Vicarius qui pro tempore fuerit, possit ad suam voluntatem mandare, et pęnam imponere usque in solidis sexdecim secundum qualitatem personarum, et facti in maleficiis tantum et quoties dicto Vicario videbitur ex rixa vero una possit imponere pęnam quę sibi videbitur expedire ad tollendum ipsas rixas, et etiam ad dictam pęnam possit mandare quod unusquisque ad Domum accedire, et ire debeat dicentes etiam quod dictus Vicarius possit imponere penam duorum bajocorum semel in die tantum, si justa, et rationabilis fuerit, et contrafacientibus in predictis possit supradictas pęnas auferre.

De portantibus arma ad rixam.

Item Status et ord. quod si quis portaverit arma offendibilia ad aliquam rixam, si fuerit spada, storta, et his similibus aut arma aflata, solvat contrafaciens solidos Decem, et nihilominus perdat dicta arma quę portaverit, si vero ad dictam rixam portaverit archibusium, solvat scutos octo, et perdat dictum Archibusium.

Quod nullus intret, vel exeat nisi per Portam

Item Status et ord. quod nullus audeat, vel presumat intrare, nec exire nisi

per portam d. Castri et si quis contrafecerit solvat pro banno Julios Decem pro quolibet, et qualibet vice, excepto quod talis exitus per muros non fecerit vel comiserit aliquod maleficium, vel causa illud committendi fuerit tunc incurrat penam suptorum duorum, et Vicarius d. Castri possit de contentis in d. Capitulo ex suo officio per inquisitionem procedere, et si quis fregerit portam causa exeundi, licet non exiverit, incurrat eadem penam suptorum duorum.

De Filio Familias committente homicidium

Item statu. et ord. quod si filius familias comiserit aliquod maleficium pro quo esset pecunlr. vel personltr. puniendus, et Vicarius vel Curia non possit capere eum, nec penes se habere, quod Pater teneatur talem condemnationem de filio factam solvere usque ad legittimam debitam filio condemnato qua semel soluta, Pater non possit ulterius pro debito filij cogi ad solutionem aliquam.

Quod Mulier non possit cogi in Palatio

Item statu. et ord. quod nulla mulier possit cogi, compelli, vel detineri in Palatio seu familia Domini, vel Vicarij per ipsum Vicarium, vel officialem, sed possit eam costringere in Ecclesijs d. Castri, vel in domibus ipsius Castri ad voluntatem ipsius mulieris pro omnibus debitis, et maleficijs ut supra dictis, et si voluerit dare bonos fidejussores in Cu.ª nec alibi debeat per Curiam d. Castri minime detineri, dummodo d. Mulier non commiserit maleficium, ex quo veniret aliqua personali pena punienda quia tunc possit Vicarius ipsam personaliter detinere, ut sibi videbitur expedire justitie, et honestati Mulieris.

De opponentibus se Bajulo Curie.

Item statu. et ord. quod quicunque se opposuerit, vel impedierit, vel impedire

fecerit aliquem Bajulum Curie et Communis d. Castri, et non permiserit se pigno
rari vel tenutam alicui dare, solvat pro banno Julios tres, et credatur relationi ipsi
us bajuli, si quis vero bajulum pred.m percusserit solvat pro banno ultra penam que
solveretur de uno alio Terrigena d. Castri duplum vice qualibet, et si legittime proba
tum fuerit, et habeat locum in sigillante ostium.

De derubantibus, et fractoribus Stratarum

Item statu.s et ord.t quod nulla persona audeat, vel presumat aliquem vel ali
quam derubare seu derubationem committere studiose, et malo modo, et cui, et qui
contrafecerit solvat pro banno pro qualibet, et vice qualibet quatuor scutos, et
emendet damnum derubatum in duplum, et duplicetur pena derubatoris strata
rum si a duobus scutis infra in stratis publicis aliquis derubaverit in sex dicum
scutis vice qualibet puniatur, et exulet per unum annum a d.o Castro, et ejus Ter
ritorio, et damnum emendet, si vero a scutis duobus supra derubaverit arbitrio
Domini puniatur.

De processibus formatis quod non possit Litigari

Item statu.s et ord.t quod si quis comiserit aliquod malefitium de quo
contra ipsum procederetur per Curiam dicti Castri ex suo offitio, vel per denun
ciationem seu accusationem factam de eo, et malefitium quod commise
rit probaretur legitimi per idoneos testes, vel per confessionem delinquen
tis, et ipse processus non haberet solemnitates principales que in processu requi
rerentur de jure, et de jure talis delinquens veniet personaliter, vel realiter condem
natus quod non obstante, quod Processus ipse careret aliquibus monitionibus so
lemnitatibus, vel adminiculis spectantibus ad dictum Processum quod Processus
ipse litigari, annullari, vel cancellari non possit, sed de delinquens condemnetur
de d.o maleficio secundum formam statutor.m et ordinamentorum d. Castri, si vero
malefitium de quo procederetur contra aliquem non fuerit legitime probatum
absolvatur per dictum Vicarium volentes etiam quod de uno, et eodem delicto, nec
possit processus reiterari, sed de Processu contra aliquem formato feratur sententia con

demnatoria ut juris fuerit vel absolutoria, et Vicarius dicti Castri teneatur vinculo juramenti prestiti finire, expedire, et terminare Processus infra terminum quatraginta dierum a die incohati Processus, per sententiam condemnatoriam, vel absolutoriam ut supra.

Quod solvendo penam Curie pro parte Communis habeatur pro Confesso

Item statu[it] et ord[inavit] quod si quis, vel si qua commiserit aliquod delictum in d[ict]o Castro, et ejus Territorio, et de dicto maleficio concordiam, vel compositionem fuerit cum Domino, vel Curia d[ict]i Castri et aliquam penam, vel aliam rem quomodocunque solverit palam occulte vel secreto, Domino prefato, vel ejus Curie, vel gratiam habuerit ad Domino, vel ejus Curia, et de d[ict]o maleficio veniret puniendus in aliqua pena, Canna, seu pertica Muri pertinente d[ict]i Communitati d[ict]i Castri, quod d[ic]t[u]s talis qui dictum maleficium comiserit habeatur pro confesso, et convicto pro parte spectante, et pertinente d[ict]i Communi ac si esset legittime probatum, aliquibus in contrarium non obstantibus.

Quod quinque antepositi, et Notarius Communis teneatur formare Processus

Item stat[uit] et ord[inavit] quod si casu contingerit quod per Curiam dicti Castri non formaretur Processus contra delinquentes committentes maleficia in d[ict]o Castro, et ejus Territorio pro parte spectante et pertinente d[ict]e Curie, quinque antepositi d[ict]i Castri qui fuerint pro tempore, teneantur, et debeant facere formare Processus, et servare formam prout supra in Capitulo de modo procedendi in Criminalibus continetur in terminum decem dierum, posquam fuerit commissum Maleficium, et ad eorum notitiam pervenerit, vel publica vox, et fama fuerit in d[ict]o Castro contra Delinquentes, et committentes maleficia in d[ict]o Castro, et ejus Territorio pro parte spectante, et pertinente Communi d[ict]i Castri et Delinquentes facere condemnare prout superius dictum est, et si in premissis fuerint negligentes solvant pro banno pro qualibet antepositorum julios octo, et faciant mediam Cannam, seu perticam muri super muro d[ict]i Castri pro quolibet ipsorum, et eandem penam teneatur Notarius Communis qui pro tempore fuerit, si fuerit negligens in premissis, et dictum processum in dicto termino decem dierum una cum prenominatis quinque an

tepositis ut sup.ᵈ dictum est. Dicentes etiam quod Vicarius dicti Castri teneatur vinculo prestiti Juramenti formare dictum Processum unaà cum Notario Communis, et cetera alia facere prout supra continetur. Statuentes insuper quod hujusmodi delinquentes in d.ᵐ Bannum decem dierum vellent se concordare cum dictis quinque Antepositis, et solvere vellent cum effectu penam tangentem Communi d.ⁱ Castri, et idoneam prestiterit fidejussionem de solvenda d.ᵃ penam Camerario Communis quinque Antepositi, et Notarius non teneantur formare Processus.

Quod nullus molestes aliquem in possessione.

Item statᵗ et ord. quod si quis tentaverit, aliquem seu molestaverit in possessione sua vel tenuta, vel aliqua alia re valoris quatuor juliorum infra, solvat pro banno bajocos decem sine licentia et aucte Curie si fuerit valoris a decem juliis supra usque in viginti, solvat pro banno julios quinque ab inde supra solvat pro banno julios octo scilicet arando, laborando, fructando, utendo, et fructus percipiendo sine voluntate illius cujus possessio esset vel tenuta, et si quis contrafecerit, solvat ut dictum est, et restituat Tenutam Domino suo super quibus Vicarius, et Curia d.ⁱ Castri non possit, nec debeat, procedere nisi per denunciationem, vel accusationem fiendam per illum qui fuerit molestatus in possessione.

Quod quilibet dicat Veritatem

Quia est juramentum quoddam affirmatio religiosa que humanae confirmatur atque vigore Deoque teste, debet quod permittetur observari, Ideo hac lege firmamus quod quilibet interrogatus a Vicario et Curia d.ᵗ Castri per sacramentum de quacunque re veritatem non dixerit, et contrarium probaretur, si fuerit major quatuordecim annis solvat vice qualibet julios duos, et si fuerit minor quatuordecim annis major tamen decem annis, solvat vice qualibet julios octo, et si fuerit minor decem annis solvat vice qualibet bajocos duos, et quilibet deponens falsum testimonium in maleficio, solvat julios quatuor, et in danno dato julios viginti.

De producentibus falsos Testes

Item statu[tum] et ord[inatum] quod si quis coram Vicario d[ic]ti Castri tam in criminalibus quam in civilibus causis produxerit aliquos falsos testes, seu falsa Instrumenta, aut aliquas privatas scripturas factas in forma valida et id legitime probatum fuerit, producens in scutis viginti quinque puniatur, et ad eandem pœnam teneantur testes deponentes falsa et faciat unam perticam muri sup[e]r muro d[ic]ti Castri.

De pœna scribentis falsa Instrumenta

Item statu[tum] et ord[inatum] quod nullus audeat, vel presumat facere, vel fieri facere falsum Instrumentum, vel falsificare et qui contrafecerit tam faciens quam scribens quicquid fieri fecerit in scutis quinquaginta auri puniatur pro qualibet, et qualibet vice, et faciat super muro d[ic]ti Castri duas cannas muri sine aliqua diminut[ione], et ad eandem pœnam teneatur qui laceraverit Instrumenta cuicumque Notario de suo Protocollo, et qui laceraverit, vel ceperit aliquem Librum Civilem vel Criminalem.

De apprendentibus Bona aliena non dolose.

Item statu[tum] et ord[inatum] quod si quis apprenderit non dolose de bonis alienis, vel rebus, sive possessionibus quod non teneat[ur] ad pœnam, et si maliciose apprenderet vel terminos extraxerit solvat pœnam in statutis dictis contentam.

De occidentibus Bestias Grossas

Item statu[tum] et ord[inatum] quod si quis occiderit aliquam bestiam grossam, mulum, seu

verrum, bovem, asinum, et his similia non inveniendo damnum dare in sua possessione, si de nocte fuerit, solvat pro banno julios quadraginta, si vero damnum dare invenerit in sua possessione, solvat medietatem poenae praedictae, et emendet damnum, si vero occiderit bestias minutas videlicet porcum, ovem et his similia de die, vel de nocte solvat julios duos, et si percusserit aliquam dictarum bestiarum amputando aliquod membrum solvat medietatem dictarum poenarum secundum qualitatem dictarum bestiarum, et emendet damnum domino rei, secundum extimationem fiendam per duos homines ponendos per vicarium, et quinque antepositos dicti castri in quolibet dictorum casuum emendet damnum, ut dictum est, una cum interesse domini ultra emendam bestiae occisae seu debilitatae.

Quod nullus emat rem furtivo modo.

Item statuit et ordinavit quod nullus sciens emat nec receptet rem furtivo modo derobatam, et si quis contrafecerit, et si res fuerit valoris bajocorum quatuor infra, solvat pro banno julios quatuor nisi publice monstraverit ipsam rem ignoranter emisse et ipsam rem restituat illi cujus esset.

De apprendentibus Bona Communis

Item statuit et ordinavit quod nulla persona cujuscunque conditionis existat audeat, vel presumat apprendere aliquid de bonis dicti castri communis, nec aliquam jurisdictionem dicti communis intus nec extra dictum castrum, ad poenam juliorum quindecim pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente, sine licentia quinque antepositorum, et communis dicti castri, et quidquid apprehenderit, debeat relaxare, ad poenam, et infra terminum contentum in capitulo sub rubrica = quod fiant homines super bona communis custodienda, et vicarius dicti castri contra delinquentes in praedictis per inquisitionem procedere possit ex suo officio, et repertos culpabiles punire et condemnare.

De incipientibus praelium.

Item statuus et ord. quod si quis studiose et malo animo inceperit brigium aut questionem cum aliquo cum armis evaginatis, aut si armatus incitaverit aliquem ad preliandum secum, in xulis quindecim vice qualibet puniatur, et si vero aliquis incitaverit aliquem ad preliandum secum sine armis in medietate pene vice qualibet puniatur.

De sodomitis

Item statuus et ord. quod si quis major quindecim annorum comiserit cum aliquo actum sodomitirum, et vituperosum, et damnabile vitium contra naturam in penam scutorum viginti pro prima vice puniatur, et pro alia vice puniatur arbitrio Domini.

De dupplicatione penarum.

Item statuus et ord. quod in omnibus malefitijs pena dupplicetur de nocte, videlicet post sonum Ave Marie, et similiter dupplicetur pene de omni malefitio committendo coram d.o vicario d.i Castri coram Episcopo spoletino, in arenga Consilio, et in qualibet cohadunationem Communis, in torupto, in Eclesia, in Exercitu vel cavalcata que fieret per Dominum d.i Castri in domo, vel possessione, injuriati propria, contra massarios, officiales, in Pascalis Resurretionis, in die veneris sancti, et Nativitatis Domini Nostri Jesu Cristi, et in die s. Crucis de mense Maji, et in die s. Petri.

Quod Paces, et Treque
Observentur.

Item statuus et ord. quod omnes et singule Paces et treque tam facte quam fiende in d.o Castro per homines et Personas d.i Castri seu habitantes in d.o Castro debeant inviolabiliter observare ad penam in Istrumento contenta, alias arbitrio Domini.

Quod Vicarius possit cogere Partes ad facien^d Treguas

Item statu^t et ord. quod si aliqua Rixa, vel questio oriretur vel esset inter homines dicti Castri, pro qua rixa, vel questione necesse fuerit providere de pace, vel tregua inter dictas partes quod Vicarius d. Castri possit, et debeat cogere partes ad faciendum treguas ad minus per sex menses, et etiam imponere penam partibus quod non discedant de Curia donec fuerint treguam si pacem facere noluerint ad arbitrium ipsius domini Vicarii, pro ut sibi videbitur fore necessarium.

De pena impedientis volentes Testamentum condere

Item statu^t et ord. quod nulla persona audeat, vel presumat aliquam Personam volentem facere Testamentum Codicillos Donationem causa mortis, vel aliquam aliam ultimam voluntatem condere, impedire, turbare vel molestare, sed ipsum, vel ipsam qui, vel qui^e voluerit aliquid de predictis facere si quis impedimentum aliquod fuerit, in solidis sexdecim usus qualibet, et qualibet condemnetur, et Vicarius qui pro tempore fuerit, possit ex suo officio per modum, et viam inquisitionis procedere contra delinquentes, et repertos culpabiles punire, et condemnare.

De pena portantium arma offendibilia

Item statu^t et ord. quod nulla persona audeat vel presumat intus d^ne Castrum aliqua arma offendibilia portare videlicet spadam, Cortellam, Cortellum, pugionem, Partisanam, accettam, Plumbarolam, Clavarinam, Mazzam ferratam, et non ferratam de ligno, et his similia, ad penam solidorum tresium pro qualibet, et nunc qualibet, et pro qualibet genere dictorum armorum de die. De nocte vero dictam penam duplicetur, et si quis portaverit archibusium oneratum a tribus palmis supra quatriplicetur pena. Liceat tamen cuilibet, et redeunti extra d^m Castrum portare arma non prohibita continuatis passibus tantum sine pena et danno, et Vicarius d. Castri possit ex suo officio

contra delinquentes procedere, et eis penas auferre. Decernentes quod cuilibet liceat portare unum cultellum acutum ad incidendum panem, longum per unum palmum tertij et non ultra.

De pena percutientis Patrem, et Matrem

Item statu. et ord. quod si quis Patrem, aut Matrem vulneraverit, aut baculo acriter verberaverit, et hijs similibus arbitrio Domini puniatur, etiam per inquisitionem sin autem pugnis, alapis, seu per capillos ceperit, vel personam quomodolibet, vel pedibus, et calcibus ad querelam offensi ad penam triplicatam nec per inquisitionem Curie procedat nisi maxima offensa et publica appareat evidenter.

Quod Mulieres, et Majores quatuordecim annis possint testificari in Criminalibus

Item statu. et ord. quod Mulieres et Majores quatuordecim annorum testificari possint in causis Criminalibus, et ipsarum, et ipsorum in dictis Causis valeat testimonium sexus, vel minoris etatis exceptione aliqua non obstante, et Judex maleficiorum ipsas mulieres si super aliquo processu liberet se excusare de aliquo datis fidejussionibus non veniret detraendo vel testimonium perhibere examinet in decenti loco, et honesto, et valeat, et teneat ac si in loco juridico se excusasset ac si testimonium perhibuisset et jurasset.

De Abolitionibus

Item statu. et ord. quod de omnibus verbis injuriosis ac etiam offensionibus in personam manu vacua sine sanguine licitum sit offenso infra duos dies accusationem porrigere contra offensorem, qua porrecta intra tres dies a die porrecte accusationis absolutionem petere, qua absolutione petita, Curia amplius super dicto maleficio etiam ex officio procedere non possit et idem volumus procedere de quibuscunque sine sanguinis effusione seu fractura ossis inter Coniunctos in pri

mo, et secundum gradu secundum dispositionem Juris Canonici computan, et eo casu, Curia habeat pro absolutione Bajocos quinque.

De Committentibus Delicta seu Maleficium ultra Tres vices.

Item stat. et ord. quod quicunque commiserit aliquod genus maleficij simile ultra tres vices, ultra penam ordinariam pro d.o maleficio statutam, puniatur arbitrio Domini dicti Castri.

In qua summa penarum participet Vicarius

Item stat. et ord. quod in penis Criminalibus Vicarius usque ad quindecim Julios participet in quarta parte exceptis casibus, in quibus est declaratum d.m Vicarium habere pro executione quartam partem.

De pena incidentis Vites et alias arbores.

Item stat. et ord. quod si quis inciderit in possessione aliena vites a pedicone, solvat pro banno scutum unum pro qualibet vite, et incidendo capita apta, et relicta pro vitis fiendis solvat Julium unum pro qualibet capite, et si quis inciderit plantones a pedicone solvat similiter scutum unum, et incidendo ramos valoris unius Julij solvat Julios quinque pro qualibet ramo, et a valore unius Julij infra usque in bajocos quinque, solvat Julium unum, pro qualibet ramo, et a bajocchis quinque infra solvat Julium unum, Incidendo ligna arida ubi non extiterit damnum, solvat bajocos quinque, et si aliquis inciderit aliquas plantas sive toppas plantonis solvat Julios quinque pro qualibet planta, et incidendo ficus, nuces, et alias arbores fructiferas a pedicone, solvat Julios quinque, et incidendo ramos eorum solvat Julium unum pro qualibet ramo, et si aliquis

inciderit aliquas quercus fructiferas solvat Julium unum pro qualibet ramo et pena non possit ascendi nisi in Julijs duobus, et incidendo frascas, solvat bajocos quinque. Item si quis inciderit arbores in quibus essent vites domesticae, solvat Julios duos pro qualibet arbore incisa a pedione, et incidendo ramos dictarum arborum solvat bajocos tres pro qualibet ramo, et pena non possit ascendere nisi in Julijs duobus, et in omnibus supradictis casibus emendet damnum Domino rei, et de nocte duplicetur pena, et si quis fonderit plantas plantonum propaginas, aut plantas aliorum arborum fructiferum, solvat Julios duos pro qualibet arbore, et qualibet planta, et incidendo alias arbores domesticas, et non fructiferas, solvat bajocos quatuor pro qualibet arbore.

Quod nullus proiciat Lapides in Hostio alieno

Item statuimus et ordinamus quod si quis studiose, et malo animo projecerit aliquem lapidem in domo Hostio, fenestra, vel in tecto alterius, solvat pro banno Julios duos pro qualibet vice, et qualibet lapide de die, de nocte solvat duplum dictae penae. Et si quis projecerit in dicto Hostio alias vituperosas immunditias apud muros, et in muris dictae domus infectis decem puniatur, et faciat duas cannas muri super muro dicti Castri.

De amminantibus cum armis contra aliquem.

Item statuimus et ord. quod si quis studiose, et malo modo amminaverit contra aliquem cum aliquo genere armorum lapide, bastone, et hijs similibus in Julijs octo vice qualibet puniatur, si quis vero amminaverit contra aliquem cum calce, pugno, alapha, et hijs similibus in Julijs tribus vice qualibet puniatur.

De pena Inobedientium.

Item statuimus et ord. quod Potestas, seu Vicarius pro expeditione causarum

Civilium Damnarum datorum, extraordinariorum possit, et valeant propria authoritate prima vice precipere quicunque super premissis, vel premissorum quot.[o] interesse, usque ad summam bajocorum duorum cum dimidio pro secunda vero vice carolenum unum, et pro tertia carolenos decem, et deinde exbandiatur prout postulat ordo juris, declarantes quod Citationes et precepta predicta non possint fieri, nisi singulis diebus cum legittimis Citationibus.

Quod volentes dare fidejussorem non possit cogere Vicarius

Item statu.[s] et ord.[s] quod Vicarius qui pro tempore fuerit non possit, nec debeat cogere, nec costringere, nec in districtum ponere aliquem in Curia vel Carceribus dicti Castri pro Maleficio per eum commisso dummodo voluerit comparere, et prestare, idoneos, et bonos fidejussores de comparendo toties quoties fuerit requisitus, et de solvendo omnem penam et condemnationem quam de jure solvere teneretur occasione maleficii per eum commissi excepto de committendibus infrascripta maleficia, videlicet violantes seu conantes aliquam mulierem adulterantes Homicidia in d.[o] Castro, et ejus Territorio committentes derobantes, et prodimentum Domino d.[i] Castri, vel Communis d.[i] Castri, seu officiales facientes, seu alia hiis similia, quod Vicario liceat ipsos, seu ipsas cogere in Carceribus, vel in strictu ponere ad suum bene placitum.

Quod nullus receptat Exbanditos

Item statuis et ordinamus quod, nulla persona de d.[o] Castro det, et faciat, aut fieri faciat, vel prestet auxilium, neque favorem exbanditis de d.[o] Castro, et Castro Montis S. Marie alias Turris, sine licentia, vel mandato Vicarij vel officialis d.[i] Castri, nec eum, vel ipsorum Exbanditorum aliquem scienter retineat, vel receptet in sua Domo ad penam sextariorum quinque pro qualibet, et qualibet vice, et hoc intelligatur pro exbanditis pro maleficijs factis et commissis seu perpetratis intus d.[o] Castro, et eorum Territoria, vel alibi, et liceat unicuique ipsos exbanditos Capitaliter Condem

vatos offendere impune sine aliqua pena, et banno.

De percussionibus cum Lapide

Item statuimus et ordinamus quod si quis, vel si qua percusserit aliquem vel aliquam cum lapide, vel bastone ligneo a canna supra cum effusione sanguinis solvat Julios viginti quinque pro qualibet percussione, et faciat duas cannas seu perticas muri, in muro di Castri; si vero sine sanguinis effusione solvat, medietatem, si vero percusserit a canna infra cum sanguinis effusione solvat Julios duodecim pro qualibet percussione, si vero percusserit sine sanguine, solvat medietatem pene. si vero projecerit unus contra alium vel una contra aliam lapidem, bastonem, solvat pro banno Julios duos cum dimidio; si retinuerit in manu, et non projecerit, solvat Julium unum.

Finis Libri Quinti

Copia della sentenza di Mons. Thomati a favore della Comunità di Torre Orsina, circa la Depositaria

Christi nõe invocato pro Tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram Definitivam sententiam, quam de Iuris Peritorum consilio ferimus in his scriptis in Causa, et causis, quæ primo, et in prima coram D. Gubernatore Castrorum Collistatti, et Turris Ursinæ, secundo, et in secunda et l. Caprara, et tertio, ac in tertia seu aliis instantibus coram Nobis versæ sunt, et verruntur in stantiis inter homines d. Castri Turris Ursinæ appellantes ex una, et homines pred. Castri Collistattis appellatos ex altera de, et super confirmatione, vel infirmatione sententiæ prefati et l. Capraræ revocatoriæ alterius d. Gubernatoris Collistatti, et Turris Ursinæ super exercitio depositariæ in eodem Castro Turris rebusque aliis et dicimus declaramus decernimus, et definitive sententiamus hominibus Castri Turris Ursinæ licere retinere ac exercere in ipsorum Castro propriam Depositariam ad effectum in illa apportandi, et deliberandi non solum bestias extraneas repertas ad damnificandum in eorum Territorio, sed etiam omnia alia pignora exceptis solum illis, quæ fieri contingent vigore mandatorum relaxatorum in ipsa Curia Collistattis inter particulares ipsius loci et illos Turris Ursinæ inter ipsos litigantes a quibus non fuerit ex aliqua parte appellatum, secus autem si in ipsis causis fuerit interposita appellatio, et iuxta premissa singula singulis congrue referendo male, et bene respective fuisse a d.a sent.ia, et l. Caprara appellatum, et bene, et male respective fuisse iudicatum, et propterea illius sententia in ea parte in qua est huic nostræ sent.æ conformis esse confirmandam, et approbandam in ea vero partem in qua est contraria, et difformis esse reformandam, et infirmandam prout infirmamus, et respẽ confirmamus, et reformamus, victosque victoribus pro rata victoriæ in expensis in hac Causa legitime factis condemnandos fore, et esse prout condemnamus quarum taxationem nobis vel cui de iure imposterum reservamus, et ita declaramus decernimus pronunciamus, et definitive sententiamus non solum pred.s sed et omnis.

Ita pronunciavi Ego Joannes Dom.cus Thomatus Iudex Comm.rius ———

Lettera di sua Eccellenza.

In ordine poi alli Pegni che si devono portare nella depositaria di codesta

42v

mia Terra di Torre Orsina, gl' ho ordinato, che si contenga, come dispongono le sen-
tenze di Mons.re Tomati, e Caprara, che voi non lascierete d'esibirgli, acciò ne
resti informato, e gli l'ho anche scritto, che li Pegni, che si fanno ad istanza del mede-
simo Governatore, si devono portare nella depositaria di Torre Orsina, perchè essendo
egli durante il Governo primo Cittadino dell'una, e dell'altra Terra, deve osservare
quello che osservano gli altri Cittadini sì dell'uno come dell'altro luogo. Quando ope-
rasse diversamente, che non credo, avvisatemelo, acciò possa darvi il dovuto provvedi-
mento, e per fine v'auguro da Dio ogni vero bene.

Roma 22 Aprile 1722

Vostro amorevole
Giuseppe Duca Mattei Orsini.

Priore di Torre Orsina

— — — — — — — — — — — —

Altra Lettera concernente d.a materia in data del 1.o Luglio 1726, si conser-
va in cassa Priorale, con detta sentenza.

Approbationes

Nos Maharbal Ursinus Perpetuus Dominus Castrorum Collestat-
tis, et Turris, statuta et reformationes prefatas approbamus, et confir-
mamus, illaque et illas perpetuo ab omnibus de dictis Castris nostris in-
violabiliter observari mandamus quibuscunque in contrarium facientibus
non obstantibus.
Dat. in Collestatte sub die penult.o ottobris 1540

Maharbale Orsino

Loco + Sigilli

Michael de Fano De m.to

— — — — — — — — — — — —

Nos Troilus Valignanus Dominus, et perpetuus Patronus Castro-
rum Collistattis et Turris. Statuta Reformationes, et ordinationes
in p.nti statuto descriptas approbamus, confirmamus, et emologamus, illa,
et illas ab omnibus dictorum Castrorum, et officialibus presentibus

et futuris perpetuo inviolabiliter observari mandamus in contrarium
non obstantibus quibuscunque in quorum omnium, et singulorum fidem,
et firmiori robore, et firmitate premissorum has presentes fieri, jussimus
et manu nostra propria subscripsimus, et impressione nostri soliti sigilli
muniti fecimus, et mandavimus. Dat.
Dat. Romæ in Edibus nostræ Resid. sub die 28 Mensis Junij 1588

Loco + sigilli — Troilus Valignanus

J. Lomellinus Cameræ Apostolicæ

Commrius

Omnia supradta Capitula seu reformationes et moderationes con=
firmamus approbamus, ursi recipi exequi mandamus ad nostrum bene
placitum in fidem.
Datum Poli Martij in Palatio nro solitæ Residentiæ hac die 20 Men=
sis 8bris 1612.

Loco + sigilli —

Oratius Ursinus

Conformiamo ed approviamo il sopradetto Statuto. —

Priore Duca Mattei Orsini.

Confirmamus approbamus, et emologamus omnia et singula Capitula
reformationes, et Constitutiones in pnti Libro contentas illas, et illas omni=
no perpetuis futuris temporibus observari mandamus in quorum fidem.
Dat. in Terra Currisi Ursine hac die 21 Martij 1720. —
Paulanus Manassei Condominus
Loco + sigilli —

Index

De Regimine

Liber Primus

De quinque Antepositis, et Camerario fiendis — fo. 1
De Electione Camerarij — 1
De extratione novi Regiminis — 1
De prepositis fiendis in Consilio — 2
Ordinamenta facta per Consilium teneant — 2
De facultate Massariorum pro expensis faciendis — 2
De pena arengantes quod detur aliquid per Commune — 3
Arenga non possit congregari sine deliberatione antepositorum — 3
Vicarius possit congregare quinque Antepositos — 3
Nemo possit stare in Consilio dum agatur de facto suo — 3
Camerarius faciat scribere intraitus | Antepositi et Camerarius debeant assentare dativas — 3 id.
Antepositi et camerarius debeant exigere penas condemnati — 4
Fiant ratiocinatores ad ratiocinandum Camerarium — 4
Bona remansa penes Camerarium reassignentur — 4
Unus de antepositis teneat sigillum — 4
Cam.° solvat tres denarios Preposito S. Marie de Majano — 4
De imbussulatione Notarii, et ejus salario — 4
Notarius Communis defendat jura Communis, et aliorum — 4
Volens aliquid a Communitate supplicet in scriptis — 5
Vicarius non possit facere gratiam de bonis Communis — 5
Vicarius in principio officij juret — 5
Vicarius in fine officij stet ad sindicatum — 5
Antepositi faciant Vicarios — 6
Debentes, debeant ire ad exercitum, et imbassiatam — 6
Fiant ambassiatores pro Communi — 6
Camerarius teneat pondera Communis — 6
Viæ S. Andreæ aptentur — 7
Nemo possit edificare super bonis Communis — 7
Viæ Communis intra Castrum sint amplæ — 7
Opera Communis fiant — 7
Consiliarij vadant ad Consilium — 7
Antepositi non faciant Ambassiatam — 7
Fiant sindici pro custodiendis Bonis Communis — 7
Officiales Communis reddant rationem — 8

Quo ordine Bona Communis vendantur — Fog. 8
De Cereis fiendis — 8
De modo expurgandi mœnia Communis — 8
Habitantes forenses jurent fidelitatem — 8
Camerarius teneat claves Cisternæ — 8
Antepositi recaptent muros — 8
Homines electi faciant jurare salvitias — 8
Antepositi cant cum Vicario — 9
De Matrimonio fiendo — 9
De exactione Perticarum Muri — 9
Portinarij claudant januas — 9

Liber Secundus

Civilium

Vicarius finiat causas — Fog. 10
De modo procedendi in Civilibus — 10
De salario dando in Civilibus — 10
De contumacijs purgandis — 11
De causis summarijs — 11
De modo procedendi in Bonis Defunctis — 11
De recolligendis Pignoribus — 11
De modo procedendi de simili ad simile — 11
De modo faciendi partitum in causis Civilibus — 11
Credatur sacramento petentis — 12
Nolens se Curiæ obligare, non reddatur Jus — 12
Possidens Principalis, fidejussor non molestetur — 12
Jus reddatur Forensibus, ut in eorum Patrijs — 12
De modo allegandi absentiam — 12
De executione Instrumentorum — 12
De quæstionibus in bonis immobilibus — 12
De expensis, et ipsarum taxatione reficiendis — 12
De consilio sapientis, et illius appellatione — 12
Vicarius faciat solvere Decimas — 13
De detento occasione alterius — 13

Vicarius teneatur Coniuctos in pacem ponere — Fog.° 13
Pacta, et Conventiones observentur — „ 13
De relictis Mortuorum — „ 13
De modo compromittendi — „ 13
Nullus officialis committat vices suas — „ 14
De ferijs in Caussis Civilibus — „ 14
De mercede Bajuli referentis — „ 14
Bona Eccl.æ S. Mariæ Majani relocentur illis de Ceppo — „ 14
Bona d.æ Eccl.æ Relocentur pro sexta parte valoris — „ 14
Quantum recipiat Præpositus pro confirmatione venditæ — „ 14
Mulier Dotata non potest succedere ab intestato — „ 14
De decedentibus ab intestato — „ 14
De possessionibus pacifice — „ 15
Mulier non possit aliquid facere sine consensu consanguinei — „ 15
Minor 25 annorum non possit contrahere absque consensu Consanguinei — „ 15
De prescriptionibus Apodissarum, et Instrorum — „ 15
Taxa actorum, et scripturarum — „ 15

Liber Tertius

Extraordinariorum.

Nullus Macinet, nisi ad Molendinum Curiæ — Fog.° 16
Viarij assignent viam in trajectis — „ 16
De Molendinarijs — „ 16
Molendinarij non accipiat ultra multuram — „ 16
Allibratus solvat Dativam — „ 16
Quomodo accipiatur pedagium — „ 16
Vendatur res sua absque pedagio — „ 17
Non faciat turpitudinem prope Fontes — „ 17

Nemo edificet prope Ecclesiam .... Fog.o 17
Vicarius inquirat pro infectis 17
De fornarijs 17
Quod nullus faciat immonditias in Platea 17
Nullus vendat possessionem sine reservatione Laboritij 17
De macellarijs 17
Nemo habeat Piscinam in Carbonarijs 18
Nemo loquatur alta voce ante Ecclesiam 18
Nemo pulset Campanas 18
Fontes remundentur 18
Vicarius teneatur facere custodiam 19
Major septuaginta, et minor quattuordecim annis non faciant custodiam 19
Formę vię Lacus caventur 19
Carbonarij vendentes vinum, et oleum 19
Ortum quilibet faciat 19
Cessę non fiant inter fanaitas 19
Nemo iiciat turpitudinem in vijs publicis 20
Unusquisque acatastet bona sua 20
Pignora recolligentur 20
De Muliere malę famę 20
De Extricibus 20
Facientes Fornacchiam 20
Mulier non eat post corpus mortuum 21
Nemo habeat Domum coopertam faginalibus 21
Guastantes sedilia Portarum, et murorum 21
Nemo iiciat turpitudinem in Carbonarijs 21
Uccellantes cum lumine, et Campana 21
Nemo teneat Bestias minutas 21
Post tertiam horam noctis non eat per Castrum 21
Nemo guastet arnas, vel Ussiamina 22
Nemo aratrum alienum portet 22

Liber Quartus

Damni Dati

Nemo colligat fructus alienos . . . . Fog. .. 22
Pena Bestiarum damnum dantium 22
Nemo colligat Crocum alienum 22
Nemo faciat viam novam 22
Bestie minute non pasculent in Plano 23
Nemo incidat Jolanum in Montibus Communis 23
Nemo portet Paleas et Fenum 23
De Columbis, et Pullis damnum dantibus 23
Nemo occidat Columbas, seu Pallinas 23
De Vineis et Canes portent uncinum 23
Nemo incidat prope Bagnatoria 23
Nemo mittat Bestias in Ecclesia 24
De pena forensis damnum dantis 24
Nemo occidet in Bagnatorio alieno 24
De pena damnum dantis ad vites, et Plantones 24
Nemo sparet possessionem alienam 24
Nemo extorqueat aquam de suo Cursu 24
Nemo incidat in Monte vallis 24
Nemo faciat erbam in Bladis alienis 24
Nemo portet palos, et ligna 25
Eligantur Denunciatores super damnis datis 25
Nemo faciat frondes in vineis alienis 25
Vicarius possit petere penas in damnis datis 25
Vicarius non possit procedere in Damnis datis nisi per accusam 25
Quilibet possit petere stimam in damnis datis 25
Unus Testis sufficiat in damnis datis 24
Unusquisque accusare possit cum suo juramento 26
Nemo colligat Olera aliena, cepas et alia 26
Nemo audeat mittere bestias in formis, et appromare 26
De pena damnum dantis ad mala cum bestiis 26
De abolitione in damnis datis 26
Nemo neget nomen suum 26
De pena non solventis infra mensem Cannas Muri 27
Nemo audeat ponere manum in Statuto 27
De premio Officialium 27

46v

De pœna Confaloneriorum non parēn Curiæ - - - - - - - - Fog 27
De pœna Confaloneriorum aliquem vulnerat - - - - - .. 27
Confalonerij portent arma - - - - - - - - - .. 27
Confalonerij consequantur unum de Decem - - - - - .. 27
De Confalonerijs Circa Libram - - - - - - - .. 28
Boves aratorij portent Campanos cum Centillis - - - - .. 28
Nemo colligat ultra tres racemos Uvarum - - - - - .. 28
De quo tempore Boves possit ire intra Plantones - - - .. 28
De Colligentibus olivas - - - - - - - - - .. 28
De Interficientibus Columbas - - - - - - - .. 28
Robur Bannimentorum - - - - - - - - - .. 28
De rebus spectantibus ad Communitatem - - - - - .. 28

Liber Quintus

Maleficiorum

De pœna blasphemantium - - - - - - - - - Fog 29
De pœna non observantes Festivitates - - - - - - .. 29
Nemo audeat offendere Dominum, et officialem - - - .. 30
Nemo extrahat terminos - - - - - - - - - .. 30
Nemo audeat insultare cum Armis - - - - - - .. 30
De percussionibus factis cum Armis - - - - - - .. 30
De percussione manu vacua - - - - - - - - .. 31
De Beneficiis admittendis - - - - - - - - .. 31
Qui non possint solvere pœnam exbandiantur - - - - .. 31
De maleficiis extra Territorium - - - - - - - .. 32
De medicamentis reficiendis - - - - - - - - .. 32

De committentibus homicidium .... Pag. 32
De jurantibus intus Castrum 32
De violantibus aliquam Mulierem 33
De verbis iniuriosis 33
De Committentibus Incendium 33
De modo procedendi in causis Criminalibus 34
In quibus casibus Vicarius possit procedere per inquisitionem 34
Vicarius teneatur formare Processus a quinque libris supra 34
Minores non teneantur ad penam 34
De frangentibus macinam molendinorum 34
Ad tollendam rixam Vicarius possit imponere pena 35
De portantibus arma ad rixam 35
Nemo audeat intrare, et exire, nisi per Portam 35
De filio familiæ delinquente 35
Mulier non possit cogi in Palatio 35
Nemo se opponat Bajulis Curiæ 35
De devastantibus Stalarum 36
De processibus formatis 36
Solvens penam Curiæ pro parte Communis habeatur pro confesso 36
Antepositi, et Notarius Communis teneatur formare processus 36
Nemo aliquem molestet super possessione propria 37
Quilibet dicat veritatem 37
De producente falsos testes 37
De pena scribentis falsa Instrumenta 37
De apprehendentibus bona aliena non dolose 37
De occidentibus bestias grossas 37
Nullus emat rem furtivam 38
De apprehendentibus Bona Communis 38
De incipientibus prælium 38
De Sodomitis 38
De dupplicatione penarum 38
Paces, et Treguæ observentur 38
Vicarius possit astringere Partes ad Treguam 39
Nemo audeat impedire volentem Testamentum facere 39
Nemo portet arma offendibilia 39
De pena percutientis Patrem, et Matrem 39
Mulier et Major 14 annis testificare potest in criminalibus 39
De abolitionibus 39
De Committentibus Malefitium ultra tres vices 40
Vicarius in qua summa penarum participet 40

Nemo incidat vites, et arbores alienas — Fogl. 40
Nemo projiciat lapides in Hostio alieno — 40
Nemo amminet contra aliquem cum armis — 40
De pœna inobedientium — 40
Volens dare fidejussorem vicarius non possit cogere — 41
Nemo receptet Banditos — 41
De percussionibus cum lapide — 41

Copia della sentenza di Mons.r Tomati circa la Depositaria, a favore della Communità di Torreorsina — Fogl. 42

È stato copiato da me sottoscritto il presente Statuto, collazionato coll'altro che si conserva da questa Communità della Terra di Torre Orsina, e coll'Originale conservato dalla Communità di Collestatte, con tutta diligenza, e fedeltà, ed in fede questo dì 18 9bre 1754 Ind.ne Rom. Pont.to del SS.mo Papa Benedetto XIV l'anno XV.

Così è Domenico Cimatti Romano
al presente Governatore delle sud.e Terre

Si certifica dal sottoscritto Segretario che la presente Copia concorda pienamente col suo Originale esistente in atti, col quale è stata diligentemente collazionata. In fede

Torreorsina li 20. Gennaro 1874.

Il Segretario del Comune
L. Camporeali

R. ARCHIVIO di STATO di ROMA
BIBLIOTECA

... DI TORRE ORSI...

48v
4430

ARC